







VNG DIEU
VNG ROY
VNGNE LOY
VNGNE FOY


SAINTE GENEVIEVE
S.G.



¶ Enee Siluii poete Senensis. de duobus amātibus Eurialo et Lucresia. opusculū ad Marianū Sozinuz feliciter Incipit. ¶ Prefatio.

Magnifico et generoso militi. domino Jaspari slich. domino noui castri cesareo Cācellario. ac terrarū. Egee cubitiqz Capitaneo domino suo precipuo. Eneas siluius poeta. īperialisqz secretarius. S. p. dicit et se reddit cōmendatū. Marianus sosin⁹ Senēsis cōterraneus me⁹. vir tū mitis ingenii: tū litterarū multarum cuius adhuc similem visurus ne sim hereo: duos amātes sibi vt describerem rogatum me hiis diebus fecit. Nec referre dixit: rem verā agerem: an more poetico fingerē. Scis qui vir sit? Mirabere si tibi expendā Nihil enī preter formā natura īuidit. Homontio est. nasci ex mea familia debuit: cui paruorū hominū est cognomen. Vir est eloquēs: iuris vtriusqz cōsultus. Historias omnes nouit. poetrie peritus est. Carmē facit: et latinū: et tuscū: Philosophie tā scius ꝙ plato. Geometer quasi boeti⁹. In numeris vere Macrobio similis. Nullum instrumentum ignorat musicū. Agriculturā quasi virgilius nouit. Nihil ciuile ignotum viro dum iuuenilt adhuc stabāt in corpore vires. Alter Eutellus erat luctādi: Magistro nō cursu: nō saltu: non gestu poterat superari. Preciosiora sūt interdū parui corporis vascula: vt gēme lapilliqz testant̄. Nec abre fuerit qd̄ de Thetideo scribit stati⁹ iu hunc referri. Maior in exiguo regnabat corpore virtus. Dii formā hic homini et imortalitatē si dedissent: is etiam erat deus. Sed nemo sortitus est omnia inter mortales. Nulluz adhuc noui. cui pauciora ꝙ huic defuerūt. Quidqd? minutissima etiam di/ dicit Quasi alter Apelles sic pingit. Nihil emēdatius est: nihil lucidi⁹: ꝙ sua manu scripti codices. Sculpit vt Praxitiles. nec medicine ignarus est. Adde virtutes morales

Fabius

aeneas filius





alios regūt ducūtqʒ. Noui meis diebus plerosqʒ studiis lit/
terarū deditos: disciplinis qui admodū habundabāt: sʒ hii
nihil ciuilitatis habebant: nec rem publicā: nec domesticaʒ
regere norant. Stupuit Plagarensis et furti vilicum ac ꝯ
cusauit: qui se suem fetam vndeciʒ porcellos. vnū dūtaxat
enixam pullum retulerat. Samitius mediolanēsis graui
dū se putauit. Diuqʒ partū veritus est: quia se vxor ascen/
dit. Hii tamen iuris maximū lumē habiti sunt. In aliis ve
ro vel fastū vel auariciam inuenies: hic perliberalis est: ple
na semper ei domus est honestis hospitibus: nulli aduersꝰ
est: pupillos tuetur: egros solatur: pauperibus subuenit: vi
duas iuuat: nulli indigēti deest. Vultus eius quasi socrati
cus semper est idem. In aduersis fortem animum prebet
nulla fortuna inflatur: versucias nō vt exerceat. sed vt ca
ueat quaslibʒ nouit. Ciuibꝰ dilectus est: peregrinis amatꝰ
Nulli odiosus: nulli grauis. At homo tantaruʒ virtutum:
cur nūc rem lenusculam exigat: haud scio. Id scio: nihil il/
li mihi negare fas esse. Cum nanqʒ dum senis essem: vni
ce dilexi. Nec diminutus est amor: quamuis separatus sit.
Is quoqʒ cum esset ceteris nature dotibus preditus: tamē
hac maxime pollebat: vt nullius erga se sterilem esse amo
rem sineret. Huius ergo rogatus non censui respuendos.
Scripsiqʒ duorꝫ amantuʒ casus: nec finxi. Res acta senis
est dum Sigismundus imperator illic degeret. Tu etiam
aderas: et si verum hiis auribus hausi. operam amori dedi
sti. Ciuitas veneris est aiūt. qui te norūt vehemēterqʒ asse
runt ꝙqʒ nemo te gallior fuerit. Nihil ibi amatorie gestuʒ
te inscium putant. Ideo historiam hanc vt legas precor et
an vera scripseriʒ videas. Nec reminisci te pudeat si quid
huiusmodi nonnunꝙ euenerit tibi. homo enim fueras.
Qui nunꝙ sensit amoris ignes aut lapis aut bestia est.
Ille namqʒ vel per deorum medullas. non latet igneam
fauillam. ¶ Vale

ENeas siluius poeta Imperialisqȝ secretarius. S. p
dicit Mariano zosino vtriusqȝ iuris interpti cōsiui
suo. Rē petis haut cōuenietē etati mee. tue vero ꝛ aduersā
ꝛ repugnātē. qd ei est qd vel me iam pene quadragenariū
scribē vel te quīquagenariū de amore cōueniat audire? Ju
uenes aīos res ista delectat. ꝛ tenera corda depascit. senes
enim tam ydonei sunt amoris auditores: ꝙ prudētie iuue-
nes. Nec qnicꝙ est senectute deformius ꝙ venerē affecta-
re sine viribus. Inuenies tamen ꝛ aliquos senes amātes
amatos vero nullū. Nam et matronis et puellis est despe
ctum senium. Nullius amore tenetur mulier nisi quē vi
derit etate florentē. Si quid aliter audis: deceptio subest
Ego vero cognosco amatoriū scriptum mihi non conueni
re: qui iam meridiem pretergressus: in vesperū feror. Sȝ
non minus me scribere ꝙ te poscere decet. Ego tibi debeo
morigerus esse. tu vide quid postules. Nam quāto es natu
maturior: tanto equius est parere amicicie legibus. Quas
si tua inscitia non veretur mandando infringere: nec stul-
titia mea timebit transgredi obediēdo. Tua in me tot sūt
beneficia vt nihil negare petitionum tuarum queā. etiam
si ad mixtū sit aliquid turpitudinis. Parebo igitur petitio
ni tue: iam decies multiplicate: nec āplius negabo: quod tā
to cōcio postulas. Non tamen vt ipse flatigas fictor ero:
nec poete vtemur tuba: dum licet vera referre. Quis. n. tā
neꝙ ē: vt mentiri velit cum se vero potest tueri? Quia tu
sepe amator fuisti. nec adhuc igne cares. Vis tibi vt duoꝝ
amantum historiam texam? Nequitia est que te non sinit
esse senē. Ero morigerus cupiditati tue: et hanc in guinis
egri canitiem prurire faciam. Nec fingam: quando tanta
est copia veri. Quid enim est toto terrarum orbe amore cō
munius? Que ciuitas: quod opidulum. que familia vacat
exemplis? Quis tricesimum nactus annuȝ: amoris causa
nullum peregit facinus? Ego de me facio coniecturam:
quem amor in mille pericula misit. Ago superis gratias: ꝙ

structas insidias milies fugi: felicior astro marte: quem vulcanus cum venere iacentem: ferreo illaqueauit reticulo: deridendūqꝫ diis ceteris ostentauit: sed alienos ꝙ meos amores attingaꝫ ne dum vetusti cineres ignis euoluo: scintillam adhuc viuentem reperiam. Referaꝫ autem mirum amorem: peneqꝫ incredibilem quo duo amantes: ne dicam amentes: inuicem exarsere. Nec vetustis nec oblitis vtar exemplis: sed nostri temporis ardentes faces exponam. Nec troyanos nec babilonos: sed nostre vrbis amores audies. q̄uis ex amantibus alter sub arteo natus fuerit celo. forsitan et hinc sugere aliquid vtilitatis licebit: Nam cuꝫ puella que in argumentū venit amatore perdito: interplorandum mestam et indignantem exalauerit animā: alter vero post hac nūꝙ vere letitie particeps fuerit: cōmonitio quedam iuuenibus erit: his vt abstineant nugis. Audiant igitur adolescentule et hoc edocte casu: videant ne post amores iuuenum se eant perditum. Instruit hec hystoria iuuenes: ne militie se accingāt amoris: que plus fellis habet ꝙ mellis. Sed omissa lasciuia que homines reddit insanos virtutis incūbant studiis: que possessorē suū gloria beare potest. In amore autem quot lateant mala: si quis aliunde nescit: hinc poterit scire. Tu vale: et historie quā me cogis scribere attentus auditor esto.

VRbem senas vnde tibi et mihi origo est intranti Sigismūdo cesari: quot honores ipensi fuerūt iā vbiqꝫ vulgatū est. Palatiū illi apd̄ sacellū sācte marte sup vicū qui ad tophorū ducit portā strictā: paratū fuit. Huc postꝙ cerimonie peracte sūt: cū venisset Sigismūdus quattuor maritatas obuiā habuit: nobilitate/forma/etate/ornatuqꝫ pares: nō mortales sed deas q̄sqꝫ putauit. Si tres dūtaxat fuissēt: ille videri poterāt: quas referūt pidē p q̄etē vidisse. Erat Sigismūdus licet grādeuꝰ: in libidinē pnus matronarū alloq̄is admod̄ oblectabaṫ: et feineis blādimētis gaudebat: nec suauiꝰ illi q̄cꝙ fuit: illustrium aspectu mulierū

Vt ergo has vidit: desiliens equo: inter manus earũ excep
tus est: et ad comites vers9 ait. Similes ne vnq̃ hiis femi
nas vidistis? Ego dubi9 sũ: an facies humane sint: ãgelici
ve vultus: celestes sũt certe. Ille oculos humi deicientes:
vt verecundiores fiunt: sic pulcriores redduntur. Sparso
namq3 inter genas rubore: tales dabãt ore colores: qua es
indiciũ ebur astro violatũ: ãt quales reddunt alba ĩmixta
purpureis rosis lilea. Precipuo tamen inter eas nitore Lu
cresia fulsit: adolescentula nondũ viginti annos nacta: in
familia camelorum prediuiti viro Menelao nupta. Indi/
gno tamen cui tantum decus domi seruiret: sed digno quẽ
vxor deciperet: et sicut nos dicimus cornutũ quasi ceruum
redderet. Statura mulieris eminentior reliquis. Come il/
li copiose: et aureis laminis similes: quas non more virgi
num retrofusas: miserat sed auro gemmisq3 incluserat.
Frons alta spaciiq3 decentis: nulla interserta ruga: super
cilia in arcum tensa: pilis paucis nigrisq3 debito interual/
lo disiuncta: Oculi tanto nitore splẽdentes: vt in solis mo
dum respitiẽtium intuitus ebetarent. Hiis illa et occidere
quos voluit poterat: et mortuos cum libuisset in vitam re
sumere. Nasus in filũ directus roseas genas equali men/
sura disiungebat. Nihil hiis genis amabili9: nihil delecta/
bilius visu: Que cum mulier risit: in paruam vtrimq3 de
ciebat foueam. Nemo has vidit qui non cuperet osculari:
Os paruum decensq3. Labra corallini coloris ad morsum
aptissima. dentes paruuli et in ordinem positi ex cristallo
videbãtur: per quos tremula lĩgua discurrẽs: nõ sermonez
s3 armoniã suauissimã mouebat. Quid dicã? mẽtis speciẽ
aut gule cãdorẽ? Nihil illo in corpore nõ laudabile: ĩterio/
ris forme iudiciũ faciebat exterior. Nemo hãc asperit q̃ vi/
ro nõ ĩuiderit. Erãt insup in ei9 ore multe facetie. Sermo
is fuit, qualẽ rumor ẽ graccorũ matrẽ habuisse corneliã: si/
ue hortensi filiã. Nec suaui9 aliquid ei9 oratione nec mode
stius fuit: nõ vt pleriq3 tristi facie honestatẽ ostẽdebat: sed

alacri vultu modestiā: non timida non audax: sed tempe-
ratū verecundie metu: virilem animū sub femineo corde
gerebat. Vestes illi multiplices erāt: nō monilia: nō fibule:
non baltei: nō armille deerant. Redimicula capitis mirifi
ca: multi uniones: adamantesqȝ tū in digitis: tum in serto
fuere. Non helenam pulchriorem fuisse crediderim: quo
die Paridē in conuiuio Menelaus excepit. Nec ornatorē
Andromachen: cum sacris Hectoris iniciata est nuptiis.
Inter has et katerina peruchia fuit: que paulo post diem
functa cesarem in funeribus habuit. qui et natū eius mi-
litia ante sepulchrum donauit: quāuis infantem. Huius
quoqȝ mirabilis forme decus elucebat: inferior tamen Lu
cresia erat. Omnis de lucresia sermo audiebat: hāc cesar
hanc ceteri cōmendabant intuebanturqȝ. Quocunqȝ illa
vertebantur eo et oculi sequebantur astantium. Unus
tamen inter illos plus equo in illam ferebatur Eurialus
franco: quē nec forma: nec diuitie amori reddebāt ineptū.
Duorū & triginta annorum erat. Non eminentis stature:
sȝ lete grateqȝ habitudinis. Illustris oculis: malis ad gra-
tiam rubescentibus: ceteris membris non sine quadā ma-
iestate decoris stature correspōdentibus. Reliqui curiales
propter longinquam militiam omnes auro excussi erant.
Hic quia et domi habundabat: et propter amiciciā cesaris
magna munera recipiebat. Indies ornatior conspectibus
hominum reddebatur: longum famulorum ordinem pene
ducebat. Tum equi tales illi erant: quales in fabulis est
ad troyam venisse Memnonis. Nihil huic ad excitandum
illum blandū animi calorem quem amorē vocant: preter
ocium deerat. Sed vicit iuuenta et luxus: tū leta fortune
bona: quibus ille nutritur. Nec potens Eurialus sui vt
Lucresiā vidit ardere puellam cepit: herēsqȝ vultui: nihil
satis vidisse putauit: Nec īpune dilexit. Mirares. Multi
egregia forma iuuenes. sed vnū hunc Lucresia: plures ho
nesti corporis mulieres: sȝ hāc vnā Eurialus sibi delegit.

Non tamen hac ipsa die: vel in se flammam Lucresia co
gnouit Euriali: vel ille Lucresie. Sed amare se frustra
vterqꝫ putauit. Vt igitur cerimoniis sacro Cesaris capiti
peractis modus fuit: et illa domum reuersa in Eurialum
tota: in Lucresiam totus Eurialus ferebatur. Quis nūc
Tilbes et Priami fabulā demiretur? Inter quos notitiā
primosqꝫ gradus vicinia fecit: quippe domos habuere con
tiguas. Tempore creuit amor. Hii nusq̄ se prius viderāt:
nec fama cognouerāt. Hic frāco: illa tusca fuit: nec ligue
commercium intercessit: sed oculis tantum res acta est: cū
alter alteri placuisset. Saucia ergo graui cura Lucresia:
et igne capta ceco: iam se maritatam obliuiscitur. Virum
odit: et alens vulnerum vulnus: infixos pectore tenet Eu
riali vultus. Nec vllā membris suis quietem prebet: secū
qꝫ nescio quid obstat ait: vt amplius herere viro nequeam
nil me iuuant eius āplexus: nil oblectant oscula: fastidiū
verba ingerunt. Peregrini semper ante oculos est ymago
qui hodie propior erat Cesari. Excute conceptas e casto pe
ctore flāmas. Si potes infelix. Si possem non essem egra
vt sum. Noua me uis inuitam trahit. Aliud cupido suadꝫ
aliud mens. Scio quid est melius: qd̄ deterius est sequor.
O ciuis egregia ac nobilis: quid tibi cum peregrino est?
quid in extraneo vreris? Quid thalamos aliene concipis
vrbis? Si virum fastidis? hec etiam potest dare terra q̄
ames. Sed hey mihi: quenam illius est facies? quam non
moneat eius forma? etas? genus? virtus? Certe mea pecto
ra mouit: ⁊ nisi fert opē: dispereo. Dii meliora dent. Vah
prodam ego castos hymeneos? meqꝫ aduene nescio cui cre
dā? q̇ vbi abusus me fuerit abeat: vir qꝫ sit alterius et me
pene reliquat. Sed nō is est eius vultus: non ea nobilitas
animi videtur: nec gratia forme illa est vt timeaz fraudes
et amoris obliuia nostri dabit ante fidē. Cur tuta timeaz?
Accingar ⁊ omnē morā pellā. Ego quoqꝫ ita sum pulchra
vt nō me minus illa velit qua ego ipsum cupiā. Semper

se mihi dabit si semel ad oscula fuerit receptꝰ mea. Quot
me ambiunt prochi quocūqꝫ pergo? Quot riuales ante fo
res excubant meas? Dabo amori operam: aut hic manebit
aut me secum abiturus abducet. Ergo ego et matrem et
virum et patriam relinquam: Seua est mater: et meis sēp
infesta gaudiis: viro carere ꝙ potiri malo. Patria illic est
vbi delectat viuere. At famam perdā? Quid michi rumo
res hominū: quos ipsa nō audiam? Nichil audet qui fame
nimis studet. Multe hoc alie fecerūt. Rapi Helena voluit
non inuitā asportauit Paris. Quid dianam referam vel
Medeam? Nemo errantem arguit qui cum multis errat:
Sic Lucresia: nec intra pectus minora incēdia nutriebat
Eurialus. Medias inter Cesaris curiam ꝛ Euriali domū
Lucresia edes habuit. Nec palaciū Eurialꝰ petere poterat
quin illā ex altis se ostentātē fenestris haberet in oculis:
Sed erubuit semper Lucresia cum Eurialum vidit: que
res Cesarem dedit amoris consciū. Nam cū ex sua consue
tudine: nunc huc: nūc equitaret illuc: et hac sepe transiret
animaduertit mutari feminam Euriali aduentu: qui sibi
quasi Octaueano mechenates astabat. Ad quē versꝰ. En
Euriale siccine: vris feminas? Mulier illa te ardet. Semel
tanꝙ inuideret amanti. Vbi ad edes Lucresie ventum est
Euriali oculos pilleo ꝯtexit. Nec videbis inquit qd amas
ego hoc spectaculo fruar. Tū Eurialus. Quid hoc signi
est Cesar? Nihil mihi cū illa: sed hoc facere incautū est: ne
circūstātes in suspitionem abducas. Erat Eurialo spadix
equꝰ: ardue ceruicis: angustiqꝫ capitis: quē et breuis aluꝰ et
obesa tga. spectabilē reddebāt aīoso pectore choris luxuri
antē: qui sonāte tuba: stare loco nesciebat. Nutabat auribꝰ
et collectū fremens voluit sub naribꝰ ignē. Densa iuba: ꝛ
dextro iactata recūbebat in armo. Et cauās tellurē solido
cornu grauiter sōabat vngula. Similis illi fiebat Euria
lus viso Lucresia. Que licet dum sola fuit claudere viam
destinasset amori: vt tamen illum asperit nec modū flāme

nec sibi ponebat. Sed vt siccus ager q̄ admisso igne cōbu- rit: si chori pflāt alci⁹ flāmescit: Sic infelix Lucrecia exar debat. Jta est sane vt sapiētibus videtur. Humiles tantū casas inhabitat castitas. Solaqꝫ pauperies effectu sano tenetur ꝛ que domus se coercet modico: diuites edes nescit pudicitia. Quisquis secundis rebus exultat: semper inso- lita appetit delecatas elegit domos et penates magnos. di ra fortune comes libido. Jntuens igitur Eurialuꝫ q̄ sepe transeuntē Lucrecia nec ardorē compescere potens. diu se- cū cogitauit cui se patefaceret. Nam qui tacitus ardet ma gis vritur. Erat inter viri seruos Sosias teutonic⁹ senex heroqꝫ fidus cui iam seruierat diu liberaliter: hunc aggre- ditur amās: plus nationi q̄ homini credens. Jbat magna procerū stipante caterua per vrbem Cesar: Jamqꝫ Lucresie domū preteribat: que vbi adesse Eurialū cognouit. Adesto inquit sosia paucis te volo. Respice deorsum ex fenestra. Vbinā gentiū iuuentus est huic similis? viden: vt oēs cala mistrati sunt erecti eminētib⁹ humeris. Aspice cesaries et madido cirro contortos crines. Ob. quales facies: omnes lactea colla ferūt. Quo sese ore ferūt: q̄ forti pectore: Aliō ē hoc hoīꝫ gen⁹ q̄ terra nostra producat. semē hoc deorū est aut celo missa progenies. O si ex hiis mihi viruꝫ fortuna dedisset nisi testes oculi essēt: nūq̄ tibi narrāti hec credidis- sem. Et si fama fuerit p̄stare oīb⁹ gentib⁹: germanos credo subiectā boree fore plagā ex frigore magno albedinē mu- tuari. Sꝫ nosti tu alios? q̄ plurimos iq̄t Sosias. Tū Lu cresia. Eurialū frācone nosti? Tanq̄ me ait Sosias: Cur tū hoc rogas? Dicā iquit Lucresia. Scio q̄ in apertū non ibit, hanc spem mihi tua bonitas facit. Ex hiis que Cesari astant nemo est mihi Eurialo gratior. Jn hunc anim⁹ me⁹ commotus est: nescio quibus exuror flammis. Nec illum obliuisci: nec mihi pacem possum dare: nisi ei me facio no tam. Perge oro Sosia: conueni Eurialū: dic me ipsū ama re: Nil volo ex te amplius: Nec tu frustra hoc nuncium

facies. Quid audio refert Sosias? Heccine me flagicia
facere: aut cogitare. O hera: prodam ne ego dominum? tā
qȝ senex incipiā fallere: quod iuuenis abhorrui? Quin po
cius clara progenies huius vrbis. Extirpa nefandas flam
mas e casto pectore. Ne obsequere dire spei: extingue ignē
Non egre amorē pellit: qui primis obstat insultibus. Qui
dulce malum blandiendo nutrit. diri ⁊ insolentis domini
seruituti se dat: nec cum vult excutere iugum: potest. ꝙ si
hoc resciret maritus. Heu quibus te ille laceraret modis
Nullꝰ diu latere potest amor Tace inquit Lucresia. Nihil
loci terrori est Nihil timet: qui non timet mori. Quemcun
qȝ dederit exitum casus feram. Quo misera pergis. Sosi
as retulit? domū īfamē reddes: sola ȝ tui generis eris adul
tra. Tutum esse facinus reris? mille circa te oculi sunt:
Non sinet genitrix ocultum scelus non vir: non cognati
non ancille: serui vt taceant iumenta loquentur et canes
et postes. et marmora te accusabunt. Atqȝ vt celes omnia
qui videt omnia celare non potes deum. disce ꝙ pena pre-
sens conscie mentis et animus culpa plenus seqȝ ipsum
timens negata est magnis sceleribus fides. Compesce ob-
secro impii amoris flammas expelle facinus mente casta
horridum Metue concubitꝰ nouos miscere thalamis mari
ti. Scio rectum esse quod dicis retulit Lucresia sed furor
cogit sequi peiora. Scit animus quantum precipitium in
stat et ruit sciens. Vincit et regnat furor potensqȝ mente
tota dominatur amor. Stat sequi quod regnū iubet amo
ris Nimis heu nimis reluctata suȝ frustra perfer si mei te
miseret nunciū. Ingenuit super Sosias perqȝ has canas
senectute comas fessūqȝ curis pectus et fida que ꝓbui ge
neri seruitia te precor suppplex siste furorē, teqȝ ipsa adiu-
ua Pars saītatis est velle sanari. Tū lucresia. Nō oīs ait
ingenium reliquit pudor. Parebo tibi Sosia Et amorem
qui tegi non vult vincā? Vnicū effugium est huius mali
morte vt preueniam nephas. Exterritus hac Sosias voce

moderare inquit hera mētis effrene impetus: coherce ani
mos. Nunc vita es digna quia te nece dignam putas. De
cretum est ait Lucresia mori. Admissum scelus Collatini
vxor gladio vīdicauit: ego honestius preueniā morte com-
mittendum. Genus leti quero: laqueo: ferro: precipitio: ve
neno vindicare castitatem licet: vnum horū aggrediar. Nō
paciar inquit Sosias. At Lucresia. Si quis mori cōstituit
prohiberi non potest. ait. Procia cathonis mortuo bruto cū
ferrū sibi substractū esset: carbones ardētes imbibit. Si tā
proteruus inquit Sosias incumbat menti furor tue: vite
magis quā fame consulendum est. Fallax sepe fama est: q̄
malo melior: bono peior nōnūq̄ datur. Temptemus hunc
Eurialū et amori operam demus. Meus erit iste labor: ti-
biq3 ni fallor rem confectam dabo. His dictis incensu3 ani
mū inflāmauit amore. speniq3 dedit dubie menti. Sed nō
illi animus erat vt quod dixerat: esset facturus. Differre
animum femine querebat: furoreq3 īminuere vt sepe tēp9
extinguit flammas et adimit egritudinū dies. Existiauit
Sosias falsis gaudiis puellā producere: donec vel Cesar
abiret: vel mens illius mutaretur ne si negasset. alius nū-
cius quereretur aut in se man9 mulier inceret. Sepe igit
ire atq3 redire se finxit: et illū gaudere amore suo: et tēpus
ydoneū querere: quo inuicē affari possent dixit. Interdum
non fuisse loquendi oportunitatem nonnūq̄ se mitti extra
vrbem studiit: ac in reditū gaudia distulit. Sic dieb9 mul-
tis egrotum pauit animum Et ne per omnia mentiret: se-
mel tantum adorsus Eurialum. O q̄ hic dilectus es ait.
Nec illi querenti quid hoc esset. respondit. At Eurialus se
creto cupidinis arcu percussus. nullam mēbris quietem da
bat. Igne furtiuo populante venas qui totas penitus vo-
rabat medullas. Non tamen Sosiam nouit: nec Lucresie
missum putauit: vt omnes minus spei habemus q̄ cupidi-
tatis. Hic vbi ardere se vidit: diu prudētiā suā mirat9 ē. se
q3 mltotiēs īcrepauit. en euriale q̄d sit amoris īperiū nosti

Lōgi luctus. breues risus: pua gaudia magni met⁹ Sēp morit: z nūquā mortuus est qui amat. Quid tu hiis nugis īmisceas iterū? At cū se frustra niti videret. Quid tandē ait īcassum miser amori repugno? Num me licebit quod Juliū licuit? qd̄ Alexandrū? qd̄ Hanibalē? viros armatos refero. Aspice poetas. Virgilius per funem tractus ad me diam turrim pependit: dum se muliercule sperat vsurum amplexibus. Excuset quis poetam vt laxioris vite cultorē Quid de philosophis dicemus disciplinarū magistris: et artis bene viuendi preceptoribus? Aristotelem tanquam equū mulier ascendit? freno coercuit? et calcaribus pupugit. diis equa potestas est Cesaris. Non est verū qd̄ vulgo dicitur. Non bene conueniunt nec in vna sede morantur: maiestas z amor. Quis maior ē amator: quā noster Cesar Quociens hic amori operam dedit? Herculem dicunt: qui fuit fortissimus et certa deorum soboles: pharetris et leo⁹nis spolio positis: colum suscepisse passūqz aptari digitis smaragdos: et dari legē rudibus capillis z manu que claȝuasz gestare solebat: properāte fuso duxisse fila. Naturalis est hec passio. Sentit ignes genus aligerum: Nam niger a viridi turtur amatur aue. Et variis albe iungūtur sepe columbe. Si verborum memini que ad Pharaonē siculū scribit Sapho. Quid quadrupes referam Mouet pro coniugio bella iumentū: timidi serui prelia poscunt. et cōcepti furoris dant signa mugientes: vruntur hircane tigrides. Vulnificus aper dētes acuit Pene quatiūt terga leones: cum mouit amor: ardent īsane pōthi belue. Nichil īmune est nihil amori negatum olim perit: cum iussit amor. Juȝuenū feroces concitat flammas: sensibusqz fessis rursus extinctos reuocat calores. virginū ignoto ferit igne pect⁹. Quid ergo naturale legibus renitar: Omnia vicit amor et nos cedamus amori? Hec vbi firmata sunt: lenā querit: cui seras ad nuptā ferendas committat. Nisus huic fidus comes fuit: harū rex callid⁹ magister. hic pnūciū suscipit

mulierculāqꝫ conducit: cui littere committuntur. in hanc sententiam scripte.

Salutarem te Lucresia meis scriptis: si qua mihi salutis copia foret: sed omnis tuꝫ salus tū vite spes mee ex te pēdet Ego te magis ꝙ̄ me amo: nec te puto latere meum ardorem lesi pectoris. Inde ex tibi eē potuit vultus meꝰ sepe lacrimis madidus: et que vidente te emisi suspiria. Fer benigne te precor ꝙ me tibi aperio. Cepit me decꝰ tuū vinctumqꝫ tenet: qua omnibus prestas venustatis gratia. Quid esset amor antea nesciui. Tu me cupidinis imperio subiecisti. Pugnaui diu fateor violentum vt effugereꝫ dominum: sed vicit meos conatus splendor tuus. Vicerunt oculorum radii: quibus es sole potentior. Captus sum tuꝰ nec mei amplius compos sum. Tu michi et cibi et potus vsum abstulisti. Te dies noctesqꝫ amo: te desidero: te voco te expecto: te cogito: te spero: de te me oblecto: tuus est animus: tecū sum totus. Tu me sola seruare potes: solaqꝫ ꝑdere. Elige horum alterū et quid mentis habeas rescribe Nec durior erga me verbis esto: ꝙ̄ fueras oculis: quibus me colligasti. Non peto rem grandem vt alloquendi te copiam habeam postulo: hoc tantum volunt littere mee. Vt que scribo dicere possum coram te. Hoc si das viuo et felix viuo. Si negas: extiguitur cor meum qđ te magis ꝙ̄ me amat. Ego me tibi et tue commēdo fidei. Vale anime mi: et vite subsidium mee.

Has vbi gemma signatas accipit lena: festino cursu Lucresiam poscit: eaqꝫ sola inuēta hanc tibi epistolam inquit tota cesarea nobilior et potentior curia mittit amator: vtqꝫ sui te miserat magnis precibus rogat. Erat lenocinio notata mulier: nec id Lucresiam latebat: permolesteqꝫ tulit nefādē feminā ad se mitti. Atqꝫ in eā versa q̄ te ait scelesta in hanc domum audatia mittit? Que te dementia adire meam presentiam suasit. Tu nobiliuꝫ edes ingredi: tu matronas tentare potentes: et violare audes le

gittimas faces? Vix me contineo: quin capillos inuolem tuos. Tu mihi des litteras. tu me alloquaris? tu me respi cias? Nisi plus qđ me decet attenderem q̄ q tibi cõuenit: efficerē hodie ne pꝰ hac tabellas amatorias ferres. I ociꝰ venefica: tuasqꝫ litteras tecū defer: imo da pociꝰ vt lacerē igniqꝫ dedā. Arripiensqꝫ papirū in partes diuersas scidit et calcatā sepe pedibus atqꝫ consputā in cinerem proiecit: Ac sic de te sumi supplicium lena deberet: igne q̄ viuo di gnior. Sed abi ocius ne te vir inueniat meus: et quas tibi remisi de te poscat penas. Cauetoqꝫ admodū ne ante con spectū redeas meū. Timuisset talia mulier: sed hec matro narum nouerat mores: et intra se inquit: Hunc vis maxie quia te nolle ostendis. Morqꝫ ad illam. Parce inquit dn̄a: putaui me bene facere tibiqꝫ placitum iri. Si secus est da veniā imprudentie mee. Si non vis redeam: parebo. Tu quem despicias amatorē: videris. Atqꝫ hiis dictis e cõspe ctu recessit. Eurialo autē inuento. Respira inquit felix a mator: plus amat mulier q̄ amatur: sed nunc non fuit re scribendi ociū. Inueni mestā Lucresiā. At vbi te nomino: tuasqꝫ litteras dedo: hilarem vultū fecit: miliesqꝫ papirū basiauit. Ne dubita: mox responsū dabit. Et abiēs vetula cauit ne āplius īueniret: ne pro verbis referret verbera.

Lucresia vero postq̄ anus euasit: fragmēta pquirēs epistole: pticulas quasqꝫ suo loco reposuit: et lacera verba contexuit: iamqꝫ legibile cirographum fecerat. Qđ postq̄ milies legit: miliesqꝫ deosculata: tandēqꝫ inuolutū sindone inter pciosa iocalia collocauit. Et nūc hoc repetēs nūc illud verbū: maiorēqꝫ horatī bibebat amorem Eurialo qꝫ rescribere statuit: atqꝫ hūc ī mođ dictatā epistolā misit.

Desine sperare quod assequi nō licet Euriale: parce litteris ac nūciis me vexare. Nec me illarū ex grege credito: que se vendūt. Nō sū q̄ putas: nec cui submittere lenā debeas. Quere altā incestandē: me nullus amor nisi pudicus sequat. Cū aliis vt libet agito. Ex me nil postules

teqȝ me indignum scias. Vale.
HEc epistola q̃uis durior Eurialo visa est et contra-
ria lene dictis: viam tamen ostendit vltro citroqȝ lit
teras missitandi. Nec dubitauit Eurialus credere cui fidē
Lucresia prebuisset: sed augebatur quia sermonis ytalici
nescius erat. Ideoqȝ feruenti studio curabat ediscere. Et
quia sedulum faciebat amor: breui tempore doctus euasit
solusqȝ sibi dictauit epistolas: qui prius ab aliis mutuabat
q̇cq̇d etrusco sermone scribi oportuit. Rn̄dit ergo Lucresie
NIl succensendum esse sibi: q̄ īfamem miserat femi
nam: cum id se peregrinū lateret: qui vti alio nuntio
non poterat: missionis amorē fuisse causaȝ: qui nihil que-
reret inhonesti. Credere se fore pudicaȝ castissimā̄qȝ: atqȝ
idcirco maiori dignā amore. Insolētem feminam honoris
qȝ sui prodigam nedum se nō diligere: sed maximo odio
prosequi. Pudicitia namqȝ amissa nil esse quod in femina
commendetur. Formā esse delectabile bonum: sed fragile
caducumqȝ: et cui nisi pudor assit: nihil precii detur. Que
pudicitiam forme adiunxerit: eam diuinam esse mulierem
ipsam vtraqȝ dote pollentem scire: ac propterea coli a se: q̄
nihil ab ea peteret libidinosum aut offuturum fame. Op
tare se tantum alloqui: vt animum suum qui scriptis ple
ne ostendi nequit: verbis aperiat. Cum hiis litteris mune
ra misit nō solū materia: sȝ etiā opere preciosa. Ad hec Lu
cresia sic rescripsit. Accepi litteras tuas. Iā̄qȝ nil āplius de
lena q̃ror. Quod me ames nō magnifacio: q: nec primus es
nec solus: quē mea formā deceperit. Multi ꝛ amauerūt ꝛ amāt
me alii: sȝ vt illorum sic ꝛ tuus erit labor vacuus. Habē vba tecū
nec possū nec volo. Inuenire me solā nisi fias hyrūdo nō
potes. Alte sūt domus ꝛ aditus custodia clausi. Mūera tua sus
cepi: q: oblectauit me opus illorum: sȝ ne q̇d tuū gratis apd̄ me
sit neue hoc pignus videat amoris: remitto ad te ānulū quē
matri mee vir dedit vt apd̄ te q̄si p̄ciū sit vēditoris iocaliū
nec enim minoris est gemma eius q̄ munus tuum. Vale.

Hiis Eurialus sic replicauit.

MAgno mihi gaudio fuit epistola tua: que finē quere
lis facit de lena. Sed angit me ꝙ amorē paruipēdis
meū. Nam et si te plures amant: nullorū tamen ignis com
perandus est meo. At tu hoc non credis: quia loqui nequeo
tecum: id si daretur: non me contempneres: O vtinā fieri
possem hyrundo: sed libentius trāsformari in pulicē vellē
ne mihi fenestraꝫ clauderes. At ego non ꝙ nequeas: sed ꝙ
nolis doleo. Nam quid ego nisi animū respicio. Ach mihi
Lucresia: quid dixti te nolle? An fieri possit: me nolis alloq̄
qui tu⁹ sū tot⁹? Qui nil magis cupio: quā tibi gerere morē
que si iubes in ignem ire: citius obediā ꝙ̄ precipias. Mitte
obsecro verbum hoc. Si non datur facultas: assit volūtas
tamē: ne me verbis eneca que vitā oculis mihi prebes. Si
non placet me alloquiū petere quia nō sit impetrādū: obse
quar. Sed muta sētentiā illā: qua meū laborē vacuū dixi/
sti futurū. Absit hec crudelitas: mitior esto amāti tuo. Si
pergis sic loqui: fies homicida nec dubita. Facilius tu me
verbis interimeres: ꝙ̄ alius queuis gladio. Desino iā plu
ra poscere vt redames tantū postulo. Nichil est qđ obiicias
nemo pōt hoc prohibere. Dic te me amare et beat⁹ sū. Mu
nuscula mea quouis modo apud te sit: gratū ē. Illa te ali
qñ mei admonebūt amoris. Sed parua illa fuerūt: ꝛ mino/
ra sūt: q̄ nūc mitto: tu tñ noli spernē qđ amator donat. Ma
iora indies ex patria debēt afferri: cū aderūt ex me recipies
Annul⁹ tuus nūꝙ̄ ex digito meo recedet: ꝛ illū vice tua cre
bris osculis reddā madidū. Uale deliciū meū: ꝛ mihi qđ po
tes solatiū dato. Sic cū frequenter replicatū esset in hunc
tandem modum Lucresia dedit epistolam.

VEllē tibi Euriale morē gerere: teqꝫ vt petis amoris
mei participem facere. Naꝫ id tua nobilitas meret
et mores tui deposcūt: vt in cassū non ames. Taceo quātū
mihi placꝫ forma tua ꝛ plena benignitatis facies: sꝫ mihi
non est visū te vt diligā: nosco meipsā. Si amare incipiā.

nec modū nec regulā seruabo. Tu hic diu eē nō potes: nec
ego te postꝙ in ludū venerim posse carere. Tu me nolles
abducere: at ego nollē manere. Mouēt me multarū exēpla
que per peregrinos amātes deserte sūt: ne tuū amorem se
quar. Iason Medeā cuius auxilio vigilē interemit draco-
nē et vellus aureum asportauit: reliquit. Tradendus erat
Theseus minotauro in escam: sed adriane concilio fretus
euasit: illā tamē desertā apd insulā deseruit. Quid Dido
infelix: que profugū recepit Eneā. Nū illi peregrin⁹ amor
interitū dedit. Scio quāti periculi est amorē extraneū ad-
mittere. Nec me tantis obiciā discriminib⁹. Vos viri soli-
dioris estis animi: furorēqꝫ magis cōpescitis. Femina vbi
furere incipit sola potest morte assequi terminū. Nō amāt
sꝫ insaniūt mulieres Et nisi correspondeat amor: nihil est
amante femina terribili⁹. Postꝙ recept⁹ ē ignis: nec famā
curam⁹ nec vitā. Vnicū remediū est si copia sit amati. Nā
quo magis caremus magis cupimus: nec discrimen time-
mus vllum: dum nostre libidini satisfiat. Mihi ergo nup-
te nobili diuiti consultuꝫ est amori viam precludere: et tuo
presertim qui non potest esse diuturnus. Ne vel Redope-
pa Phillis dicar vel altera Sopho. Ideo te oratū volo: ne
vltra meū exposcas amorē: ꝛ tuū vt paulatim cōprimas ex
tinguasqꝫ. Nā id est viris ꝙ femis multo facili⁹. Nec tu si
me vt dicis amas. id ex me querere debes. Quod mihi exi-
tio sit p tuis donis remitto aureā crucē margaritis orna-
tam: que licet breuis sit non tamen precio caret. ¶ Vale.
Non tacuit Eurialus his acceptis: sed vt erat nouis scrip
tis incensus: calamum suscepit: atqꝫ sub hac forma dicta-
uit epistolam.

Salue anime mi Lucretia: que me tuis litteris saluū
facis: et si non nichil fellis emisceas: sed hoc spero
me audito distrahes. Venit meas in manus epistola tua
clausa: ꝛ tua gēma signata. hāc ꝛ legi sepe: ꝛ deosculat⁹ sū
sepi⁹: sꝫ hec aliud suadet: ꝙ tu⁹ videt aīm⁹ fuisse. Rogas me

vt amare desinam: quia nō expedit tibi peregrini flāmas amoris sequi. Et ponis exempla deceptarum: sed hoc tam ornate culteqꝫ scribis vt mirari magis et amare tuū ingenium debeā: q̃ obliuisci. Quis est ille q̄ tūc amare desinat quādo prudentiorem et sapientiorē animaduertit amicā? Si meū iminuere amorē volebas: non oportuit doctrinā tuam ostendisse. Nam hoc non est incensum extinguere sed ignem maximuꝫ ex parua conflare fauilla. Ego dum legi magis exarsi vidēs forme tue preclare et honestati cōiunctā esse doctrinā. Verba sunt tamen quibus rogas vt amare desistam. Roga montes vt in planū veniant: atqꝫ fontes sua repetant flumina: tam possē ego te nō amare q̃ suū relinquere phebus cursū. Si possunt carere niuibus sitie montes: aut maria piscibus: aut feris silue: poterit et obliuisci Eurialus tui. Non est pronū viris vt retis Lucresia flāmas extinguere. Naꝫ quod tu nostro sexui ascribis: pleriqꝫ vestro assignant: sed nolo hoc certamen nūc aggredi. Ad ea me respondere oportet que in aduersum retulisti. Idcirco.n. nolle te mihi tāqꝫ respondere amāti significas: quoniā multas peregrinus amor decepit: exēplaqꝫ ponis: sed possem ego plures referre: quos femine reliquerunt. Troilū sicut nosti Priami filiū Crisis decepit. Deiphebū Helena prodidit. Amātes Circes suos medicamentis vertebat in sues: atqꝫ in aliarum terga ferarū. sed iniquū est ex paucarum consuetudine totū vulgus censere. Nam si sim pergimus: et tu propter duos tres ve malos aut etiaꝫ decem: viros omnes accusabis horrebisqꝫ: et propter totidē feminas cetere omnes erūt odio mihi? Quin pocius alia sumamus exempla. Qualis amor Anthonii Cleopatriqꝫ fuit: et aliorum quos epistole breuitas referri non sinit. Sed tu Ouidium legisti inuenistiqꝫ post tropam dirutā: achiuorū plurimos dum remeant pegrinis retentos amoribus: nunq̃ in patriā reuertisse. Heserūt nāqꝫ amatricib⁹ suis: carere potius necessariis: domo regnis: et aliis q̄ sunt

in patria queqꝫ gratissima voluerũt: ꝙ amicas reliquere Hec te rogo my Lucresia cogites: non illa q̃ nostro amori sunt aduersa: ꝛ q̃ pauci fecerũt. Ego ea mente te sequor vt perpetuo te amẽ: sũqꝫ perpetuo tu⁹. Nec tu me peregrinũ dixeris: magis namqꝫ ciuis sũ ꝙ qui hic nascitur. Nam illuz casus fecit ciuem: me vero electio. Nulla mihi patria erit nisi vbi tu sis. Et quãuis aliquãdo contingat me hinc abire: reditus tamẽ festinus erit. Nec ego in teutoniã reuertar nisi res cõpositurus ordinaturusqꝫ: vt tecũ eẽ ꝙdiu possim valeã: facile manẽdi apud te reperiet̃ occasio. Multa hiis in partibus cesaris negotia sũt: hec mihi cõmitti expediẽda curabo. Nũc legatione fũgar: nunc munus exercebo Vicariũ in tuscia cesarẽ habere oportet. hanc ego prouĩciã impetrabo. Ne dubita suauiũ meũ Lucresia: meũ cor: spes mea. Si viuere absqꝫ corde possũ te et relinq̃re possũ. Age iam tãdẽ miserere amantis tui: qui tã ꝙ nix ad solẽ liquescit. Considera meos labores: ꝛ modũ iaz deniqꝫ meis martiriis statue. Quid me tam diu crucias? Miror ego mei q̃ tot mala perpeti potuerĩ: q̃ tot noctes insõpnes duxi: q̃ tot ieiunia tolleraui. Vide ꝙ macer sũ: ꝙ pallid⁹. Parua res ẽ q̃ spiritũ allegatũ corpi detinz. Si tibi ãt pẽtes ãt filios occidissẽ nõ poteras de me maius ꝙ hoc suppliciũ sumere Si sic me punis q: te amo: qd igit̃ facies q̃ tibi dãnũ dederit aut malũ? Ah mea Lucresia: mea hera: mea salus: meũ refugiũ: suscipe me in gratiã: demũ rescribe me tibi caruz eẽ. Nil aliud volo: liceat me dicere seru⁹ Lucresie sũ. Et cesares amãt seruos vbi fideles nouerĩt. Nec degnãtur ire adamare q̃ amãt. Vale spes mea: meusqꝫ met⁹. Vt turris q̃ fracta interi⁹: inexpugnabilis videt̃ exterius: si paries admot⁹ fuerit mox confringit̃: Sic Euriali verbis Lucresia victa ẽ. Postꝙ eni sedulitatẽ amãtis apte cognouit: et ipa dissimlatũ patefecit amorẽ: atqꝫ hiis littis eurialo appuit.

NOn possum tibi amplius aduersari: nec te amplius Euriale mei amoris expertẽ habere possum. Vicisti


iamqz sũ tua. Me miserã: que tuas suscepi litteras: nimiũ multis exponẽda sũ periculis. nisi tua me fides ꝛ prudẽtia iuuet. Vide vt serues que scripsisti. In amorẽ iam tuũ ve-nio: si me deseris: et crudelis: et proditor: et omniũ pessim⁹ es. Facile est femellã decipere: sz quanto facilius tanto tur-pius. Adhuc res integra est. Si putas me deserendã: dicito anteq̃ magis amor ardeat. Nec incipiamus quod postmo-dũ icepisse peniteat. Oĩz rerũ respiciẽdus est finis. Ego vt feminarũ est parũ video. Tu vir es: te mei ꝛ tui curã habẽ oportet. do me iam tibi: tuãqz sequor fidẽ. Nec tua eẽ cupio nisi vt sim perpetuo tua. Vale meũ presidiũ meeqz ductor vite. ¶ Post hanc plures epistole misse vtriqz sũt: nec taz ardenter scripsit Eurial⁹: q̃ feruenter Lucresia respondit Vnũ iã vtriqz desideriũ erat simul cõueniẽdi: sz arduũ ac pene impossibile videbat̃ omniũ oculis Lucresiaz obser-uãtib⁹ Que nec sola vnq̃ egrediebat̃: nec vnq̃ custode ca-rebat. Nec taz diligenter bouẽ Iunonis Argus custodiuit q̃ Menelaus iusserat obseruari Lucresiam. Vicium hoc apud ytalos late patet: feminaz suam quasi thesaurum q̃l quis recludit: meo iudicio minus vtiliter. Sunt enim fere eiusmodi mulieres omnes: vt id potissimuz cupiant quod maxime denegatur. Que vbi velis nolunt: vbi nolis cupi-unt vltro Et si liberas habent habenas: minus delinquũt Exinde tam facile est inuitã custodire mulierem: q̃ in fer-uente sole pulicuz gregẽ obseruasse. Nisi sua parte casta sit mulier: frustra maritus nititur apponere seruantes eaz sed quis custodiet ipsos custodes? Cauta est et ab illis inci-pit vxor. Indomitum animal est mulier: nullisqz frenis re-tinenduz. Erat Lucresie spurius frater: huic sepe tabellas commiserat Eurialo deferendas: hunc enim amoris sui cõ-scium fecerat. Cum hoc igitur conuenitur: Eurialũ vt claz domi recipiat: habitabatqz hic apud nouercaz suam Lucre-sie matrem: quam Lucresia sepe visitabat: ꝛ ab ea sepius visitabatur: nec enim magno interuallo distabant. Ordo

ergo is erat: vt clauso in conclaui Eurialo: postq̄ mater ecclesiasticas auditura cerimonias exiuisset: Lucresia super ueniret tanq̄ matrē domi conuētura: qua non inuenta reditum expectaret. Interim vero apud eurialuȝ esset. Post biduū statutus erat terminus: at hii dies tāq̄ anni visi sūt amantibus longi: vt bene suspirantib⁹ hore producte sunt: male suspirātib⁹ correpte. Sȝ nō arrisit amātū desideriis fortuna: presentit nanqȝ insidias mater: atqȝ vt dies venit egressa domū preuignū excludit. Qui mox Eurialo triste nunciū tulit. Cui non min⁹ q̄ Lucresie fuit molestū. Que postq̄ detectos agnouit dolos: hac nō successit: alia inquit aggrediamur vta. Nec potens erit mater meis obsistē voluptatib⁹. Pandalus vero affinis erat: quē tam Lucresia fecit archanorū sciū. Nec enī poterat ignitus anim⁹ quiescere. Significat igitur Eurialo: hunc vt alloquat̄: quia fidus sit et conueniendi viam possit monstrare. At Eurialo non videbatur tutū illi se credere: quē Menelao semper herentem intuebat̄: et subesse fallaciā verebatur. Inter deliberandū aulē iussus est Eurialus romā petere: atqȝ cū pō tifice maximo de coronatione transigere. Que res tuȝ sibi tū amice molestissima fuit. Sȝ oportebat cesaris imperiū ferre. Iter ergo mora duorū mensiū fit. Lucresia interī domi manere: fenestras claudere: mestas īduere vestes: nusq̄ exire cernit̄. Mirant̄ oēs: nec causā noscūt. Sene ipē vidue videbātur: et tanq̄ sol defecisset: cūcti se putabant in tenebris agere. Domestici qui eā sepe incubātē lectulo et nūq̄ letam videbant: egritudini imputabant: et quicquid remediorum afferri poterat perquirebant: sed nunq̄ illa vel risit vel thalamum egredi voluit: nisi postq̄ redire Eurialum et illi cesarem obuiam esse cognouit. Tunc.n. quasi e graui sumpno excitata: lugubri veste posita: et ornamentis redimita prioribus: fenestras aperuit: letabunda qȝ illum expectauit. Quam vt cesar vidit: ne nega am⁹ plius Euriale inquit detecta est res. Nemo vnq̄ absente

te Lucresiā videre potuit:nūc qr redisti auroraʒ cernimus
Quis enī modus assit amori? Tegi non potest amor : nec
absconditussis. Jocaris mecū vt soles cesar: et me in risū
ducis Eurialus ait. Ego quid hoc sit non scio. Hinnitus e/
quorū et prolixe barbe strepitus tue illaʒ forsitā excitauit.
Atqʒ sic effatus Lucresiā furtim aspexit:et oculos cōiecit
in oculos:eaqʒ post reditum prima salutatio fuit: Paucis
deinde interiectis diebus. Nisus Euriali fidus comes duʒ
anxius amici cause fauet:tabernā speculatus est: que post
Menelai domū sita:in Lucresie camerā retrorsū habebat
intuitum. Cauponem igitur sibi conciliat:spectatoqʒ loco
Eurialū adducit:ꝛ hac īquit ex fenestra alloqui Lucresiā
poteris. Media īter vtrāqʒ domū cloaca fuit: nec hominū
nec soli accessa: triūqʒ vlnarū distantia fenestrā Lucresie
disterminabat. Hic diu consedit amator expectans si quis
casus Lucresiaʒ ostenderet: Nec deceptus est:affuit tandē
Lucresia : cumqʒ huc atqʒ illuc respiceret. Quid agis ait
Eurialus vite rectrix mee? quo tendis lumina meum cor?
huc huc dirige oculos presidiū meuʒ. Tuus hic Eurialus
est:me me assū:me respice. Tu ne hic ades īquit Lucresia
O mi Euriale? Jam te alloqui possum? vtinā et āplecti
valerem. At istud Eurialus: Non magno conatu faciam:
scalam huc admouebo. Obsera thalamum:amoris nostri
gaudia nimiū distulimus: Caue mi Euriale si me vis sal
uam : fenestra hic ad dextram est : vicinusqʒ pessimus nec
cauponi credēdū est: qui parua pecunia et te et me pderet:
sed alia incedamus via. Sat est si hinc sermoni nostro ptʒ
accessus respōdit Lucresia. At mihi īquit Eurialus mors
est hec visio: nisi te semel amplector meisqʒ brachiis teneo
mediaʒ. Diu ex hoc loco tractus est sermo missaqʒ p harū
dinem sunt munera. Nec eurialꝰ in donis ꝙ Lucresia libe
ralior fuit. Sensit dolos Sosias : secumqʒ frustra inquit a
mantū conatibus obsto:nisi astans puideo:et hera peribit
et domus infamiam subibit: ex hiis malis satius est vnuʒ

auertere. Amet hera: nihil nocebit si claꝫ sit. Ipsa pre amo
re ceca est: nec quid agat satis prospicit. Si nō potest custo
diri pudicitia: satis est rumorē tollere ne domus infamis
fiat: neue paricidium cōmittatur. Adibo et operam pbebo
meā Restiti quoad potui: ne cōmitteretur nefas: id qꝛ non
licuit: meū est curare ait vt quod agitur occultuꝫ sit: et sic
agere vt nemo sciat. Cōmune malum libido est: nec homo
est quē pestis hec nō agitet. Et ille castior habetur: q̄ cauti⁹
agit dumqꝫ sic fatur Lucresiam egressam thalamo vidꝫ.
Aggressusqꝫ feminā. Quid est iam inquit ꝙ nihil amoris
mihi cōmunicas? Eurialus tibi nichilomin⁹ dilectus est:
et vt clam ames. Videas cui des fidem. Primus sapientie
gradus est nō amare. Secundus vt sic ames ne palā fiat.
Sola hoc sine internūtio facere non potes. Quanta mihi
apud te sit fides: longo iam tēpore didicisti. Si mihi cōmit
tere vis iube: mihi maxima cura est: ne amor iste detegat ⁊
tu penā luas: et vir omnium. At hec Lucresia sic est vt ais
Sosia inquit: et tibi magnā habeo fidem sed tu visus es
nescio quomodo negligens: et meis aduersus desideriis.
Nūc quia sponte te offers vtar obsequiis tuis: nec abs te
decepi timebo. Tu scis quantū ardeo. diu ferre non possū
hanc flāmā. Iuua me vt simul esse possumus. Eurialus
amore lāguet: et ego morior. Nil peius est ꝙ obstare cupi-
dini nostre. Si semel iuicē ꝯuenerim⁹ tēperāti⁹ amabim⁹
⁊ noster tectus erit amor: Vade igit̄ Eurialoqꝫ viā vnicaꝫ
me accedendi dicito Si ad hinc quatriduo dū rustici fru-
mētū afferūt: vectoris psonā īduat: opertusqꝫ sacco triticū
p scalas in horreū ferat: tute scis thalamū meū ad scalas
habere hostiū. Itaqꝫ oīa Eurialo dicito. Hic diē manebo:
et dū erit tēpus sola in cubili ero. Ipse hostium īpellat dū
solus sit: et ad me ingrediatur.

Sosias ꝙuis ardu ū facin⁹ esset: maiora veritus ma
la puīciā suscipit. Euriaoqꝫ īuento cūcta ex ordine
nūciat: q̄ ille iudicās leuia libenter āplectit̄: seqꝫ īperatis



accingit:nec aliud q̄ritur q̄ nimia mora. O īsensatū pect⁹ amātis: O mentē cecā. O animū audacē:corq̄ʒ intrepidū. Quid est tā inuiū qd̄ tibi puū nō videatꝰ: Quid tā asperū qd̄ planū nō estimes: Quid tā clausū: qd̄ tibi nō sit apertū Tu omne discrimen paruifacis: tu nichil difficile censes. Inanis est apud te oīs custodia maritorū. Nulle te leges tenēt:nulli metus: nulli pudori obnoxi⁹ es. Ois labor tibi est ludus: O rerū amor domitor oīʒ. Tu viruʒ primatem cesari acceptissimū:diuiciis afflūētē: etate maturū: ībutū litteris:prudētia clarū eo pducis:vt posita purpura saccuʒ induat: vultū fuco tegat:seruus ex dn̄o fiat:et qui nutrit⁹ in deliciis fuerat: iā humeros in gestādis oneribꝰ aptat: seq̄ʒ publicū baiulū mercede locat. O rem mirandā peneq̄ʒ incredibilē. Virū aliqn̄ cōcilio grauissimū inter cateruas vectorū cernere: atq̄ʒ in collunie illa feceq̄ʒ hoīʒ cōfberuiū habuisse. Quis trāsformationē q̄rat maiorē. Hoc est quod Ouidius methamorphoseos vult: dū fieri ex hoībus aut bestias scribit: aut lapides aut plantas. Hoc et poetarum eximius maro sentit: dū Cirtes amatores in terga feraruʒ verti cantauit. Nā ita est: ex amoris flāma sic mēs hoīs alienetꝰ: vt parū a bestiis differat. Linquēs croceuʒ titanis aurora cubile iā diē referebat optatū: morq̄ʒ suū rebus colorē apollo reddēs expectantē recreat Eurialū: q̄ tūc se fortunatū beatūq̄ʒ censuit cū admixtum vilibus seruis nulli noscendū se vidit. Pergit igitꝰ: īgressusq̄ʒ Lucresie domuʒ frumēto se onerauit:positoq̄ʒ in horreū tritico: vltimus descendentiū fuit. Atq̄ʒ vt erat pdoct⁹ hostiū maritalis thalami quod in medio scalarū clausū videbatꝰ īpellit:seq̄ʒ intro recipit: et reclusis foribus solā Lucresiam serico intentaʒ videt. Et accedens propius: salue mi anime inquit: salue vnicū presidium spesq̄ʒ mee. Nunc te solam ostende. Nūc quod semper optaui semotis arbitris te āplectar:nullus iā paries: nulla distantia meis obstat oculis. Lucresia q̄uis ordinē ipsa dedisset: primo congressu stupuit nec Eurialū

sed spiritum se videre putauit, vt que virum tantū ad ea pericula iturū sibi non suadebat. At vbi inter amplexus et oscula suum cognouit Eurialum: tu ne hic est ait pau percule? Tu ne hic ades Euriale? Et rubore p genas fuso complexa est arctius hominem: ꝛ media fronte conspicata Morqꝫ repetens sermonem: Heu quanto te ait discrimini subiecisti? Quid amplius dicam? Jam me tibi carissimaꝫ scio. Jam tui amoris feci periculuꝫ. Sed neqꝫ tu me aliā īuenies? Dii tantum fata secundent: et amori nostro pro sperū ventū dent. Dum spiritus hos reget artus: preter te nemo Lucresie potens erit. Nec maritus quidem: si rite maritum appello: qui mihi inuite datus est: et in quem a nimus nūꝙ cōsensit meus. Sed age mea voluptas: meuꝫ delicium: abicito saccum hunc: teqꝫ mihi tu quis es ostēde. Erue vectoris speciem: hos funes missos fac. Eurialum me videre concedito. Jam ille depositis sordibus ostro ful gebat et auro: et amoris in officiū pnus ibat. Tū Sosias ante hostium pulsitans: Cauete inquit amantes: nescio quid rerum querens Menelaus huc festinat: tegite furta vestra: dolisqꝫ virū fallite. Nihil est ꝙ egredi putetis. Tū Lucresia: latibulum paruum inquit sub strato est: illic pre ciose res sunt. Scis quid tibi scripserim. Si te mecū exn̄te vir aduentaret: ingredere huc: tutus his tenebris eris. Neqꝫ te moueris: neqꝫ streatū dederis. Anceps ꝗd agat Eurial⁹ mulieris imperiuꝫ subit. Illa foris patefactis ad sericum redit. Tum menelaus et vna Bertus assunt cirographa nonnulla ad rem publicam pertinentia sunt quesituri. Que postꝙ nullis inuenta sunt scriniis: in latibulo nostro inquit Menelaus forsitan erūt. J Lucresia lumēqꝫ affer: hic intus querendū est. His exterritus Eurialus vocib⁹ exanguis fit: ianqꝫ Lucresiam odisse incipit. Atqꝫ intra se: Heu me fatuuꝫ inquit. Quis me huc venire ꝯpulit nisi leuitas mea? Nunc deprehensus sum: nunc infamis fio: nunc cesaris gratiam perdo: quid gratiam? vtinam mihi

vita superſit. Quis me hinc viuū eripiet: Emori certū eſt
O me vanū et ſtultos omniū ſtultiſſimū. In hāc ſentinā
volens cecidi: quid hec amoris gaudia ſi tante emūt: Bre
uis eſt illa voluptas: dolores longiſſimi. O ſi nos hoc pro
regno celoꝝ ſubiremus. Mira eſt hominū ſtultitia: labores
breues nolumꝰ pro longiſſimis tollerare gaudiis. Amoris
cauſa cuius letitia fumo cōparari poteſt infinitis nos ob-
iectamus anguſtiis Ecce meipſū: iā ego exemplū: iā fabu
la oīꝫ ero: nec quis exitꝰ pateat ſcio. Hinc ſi me deorū quiſ-
piā traxerit: nuſꝗ̄ me rurſ labor illaqueabit. O deꝰ eripe
me hinc: parce iuuētuti mee. Noli meas metiri ignorātias
Reſerua me: vt horū delictorū penitētiā agā. Nō me ama-
uit Lucreſia: ſed quaſi ſeruū in caſſes voluit deprehēdere
Ecce venit dies meꝰ. nēo me adiuuare pōt: niſi tu deꝰ meꝰ.
Audierā ego ſepe mulieꝝ fallacias: nec declinare ſciui. At
ſi nūc euaſero: nulla me vnꝗ̄ mulieris tegna deludēt. Sꝫ
nec Lucreſia minoribꝰ vrgebať moleſtiis: que nō ſolū ſue
ſꝫ amātis quoqꝫ ſaluti timebat. At vt ē in periculis ſubiti
aneis mulierū ꝗ̄ virorū promptius ingeniū: excogitato re
medio. Age īquit vir: Ciſtella illic ſuper feneſtra eſt: vbi te
memini monimēta nonnulla recondiſſe. Videamꝰ an illic
cirographa ſint recluſa. ſubitoqꝫ incurrēs tanꝗ̄ vellet ape
rire ciſtellā: latenter illā deorſū īpulit. Et quaſi caſu ceci-
diſſet: proh mi vir ait adeſto: ne quid damni ſentiamus.
Ciſtella ex feneſtra decidit: perge ocius ne ioculea vel ſcri
pture diſpereant. Ite ite ambo: quid ſtatis. Ego hinc ne-
quis furtum faciat: oculis obſeruabo. Vide audaciam mu
lieris. I nunc et feminis credito. Nemo tam oculatus eſt
vt falli non poſſit. Is dumtaxat non fuit illuſus: quem
coniunx fallere non tentauit. Plus fortuna ꝗ̄ ingenio ſu
mus felices. Motus hoc facto Menelaus Bertuſqꝫ vna
repente in viculū ſe precipitāt: domus etruſco more altior
fuit multiqꝫ gradus deſcēdendi erant. Hinc datū eſt Eu-
rialo ſpacium mutandi locum: qui ex monitu Lucreſie in

nouas latebras se recipit. Illi collectis iocalibus atq; scri
pturis: quia cirographa que quesierant: non repererunt:
ad scrinia iuxtaq; latuerat Eurialus transeūt: vbiq; voti
compotes facti consalutata Lucresia recesserunt. Illa ab
ducto forib⁹ pessulo: Exi mi Euriale: exi mi anime īquit.
Ueni gaudiorum sūma meorum: veni fons delectationuz
mearum: scaturigo letitie: fauum mellis: veni dulcedo in
corporalis mea: iam tuta sunt oīa: iam nostris sermoībus
liber campus patet: Jam locus est amplexibus tutus. Ad/
uersari osculis nostris fortuna voluit: sed aspiciunt dii no
strū amorem: nec taz fidos amantes deserere voluerunt.
Ueni iam meas in vlnas: nihil est quod amplius vereare:
meū liliū: rosarumq; cumulus. Quid stas? Quid times?
Tua hic suz Lucresia. Quid cōctaris Lucresiā āplexari?
Eurialus vix tandē formidine posita sese recipit: cōplex⁹
q; mulierem. Nunq̄ me inquit tantus īuasit timor: Sed
digna tu es cuius causa talia tollerētur. Nec istec oscula
et tam dulces amplexus obuenire cupiā gratis: possunt
nec debent nec ego vt verū fateor satis emi tantū bonuz.
Si post mortem rursus viuere possem teq; perfrui: mori
milies vellem: si hoc precio tui possēt amplexus coemi. O
mea felicitas: O mea beatitudo. Uisuz video: an ita est.
Teneo te: an somnis illudor vanis? Tu certe hic es: ego
te habeo. Erat Lucresia leui vestita palla: que membris
absq; ruga herebat: nec vel pectus vel metiebat̄. Ut erant
artus: sic se ostētabat. Gule cādor niualis: oculorū lumen
tanq̄ solis iubar. Intuit⁹ letus: facies alacris: gene veluti
lilia purpureis immixta rosis. Risus in ore suauis atq;
modestus. Pectus amplū: papille quasi duo punica poma
ex vtroq; latere tumescebant: pruritum quoq; palpitātes
mouebant. Non potuit Eurialus vltra stimuluz cohibere:
sed oblit⁹ timoris: modestiā quoq; ab se repulit. Aggressus
q; feminā iā īquit fructū sumam⁹ amoris: rē verbis īgere
bat: obstabat mulier: curamq; sibi honestatis et fame esse

dicebat: nec aliud eius amorē q̄ verba te poscere. Ad que subridēs Eurialus. Aut scitū est īquit me huc venisse: aut nescitū. Si scitū: nemo ei est q̄ nō cetera suspicet. Stultū enī est infamiam sine re subire. Sin vero nescitū: et hoc quoqz sciet nullus. Hoc pignus amoris est moriar prius q̄ hoc careā. Ach scelus est īquit Lucresia: Scelus est refert Eurialus bonis non vti cū possis. An ego occasionē mihi cōcessā: tā quesitā tā optatā mitterez? Acceptaqz mulieris veste: pugnantē feminā q̄ vicere nolebat: ab negocio vicit. Nec veneris hec satietatez vt Hamoni cognita Thamar peperit: sed maiorē sitim excitauit amoris. Memor tamen discriminis: Euriał9 postq̄ vini cibiqz paulisper hausit: repugnāte Lucresia recessit: Nec sinistre q̄spiā suspicat9 est: q̄ vnus ex basulis putaretur.

Admirabat seipsū Eurialus dum viā pergeret secū qz ait. O si nunc obuiū mihi daret cesar: nicqz agnosceret: q̄ illi habitus hic suspitionē faceret? q̄ me rideret? Fabula ōnibus essem: et illi iocus nūq̄ me missū faceret: donec sciret oīa. Dicendū sibi esset: quid hec rustica vestis vellet. Sed fingerē non hanc sed aliā me dicerē adiisse matronā. Nā et ipse hāc amat: nec ex vsu est meū sibi amorē patere. Lucresiā nūq̄ proderē que me suscepit seruauitqz. Dū sic loqtur: Nisū achatem Pliniūqz cernit: eosqz preit: nec prius ab his cognit9 est: q̄ domi fuit. Ubi positis sac9 cis pretestaqz sūpta. rer̄ pandit euentū. Dūqz quis timor: qđ gaudiūītercessit memoriter narrat nūc timēti similis nūc exultāti fit. Inter timendū autē heu me stultū inquit femine meū cōmisi caput. Nō sic me pater āmonuit: dum me nul'l9 femine fidem sequi debere docebat. Ille feminā esse dicebat aīal īdomitū/infidū/mutabile/crudele: mille passionibus deditū. Ego paterne īmemor discipline vitaz meā muliercule credidi. Quid si me oneratū frumēto aliqs agnouisset. qđ dedecus? q̄nā īfamia mihi et meis posteris euenisset? Alienū me cesar fecisset: tanq̄ leuē et īsanū me

potuissꝫ contēnere· qd aūt si me vir dū scrinia vsat latētē
īuenisset? Seua est lex Julia mechis. Exigit tñ dolor ma
riti maiores penas: ꝙ lex vlla cōcesserit. Necat hec ferro:
necat ille cruētis verberibus: Sꝫ putem⁹ virū pepcisse vite
mee. Nū me ī vīculis ꝯiecisset? āt īfamē cesari tradidissꝫ?
Dicam⁹ et illius me man⁹ effugē potuisse: qꝛ īermis erat:
qꝛ mihi fid⁹ ensis herebat lateri. At viro comitatus erat et
arma ex pariete pēdebāt captu facilia. Jn domo longus
famulorū ordo. Clamores mox īualuissēt: et ostia fuissent
clausa: tū de me suppliciū sūptū fuisset. Heu me dementē:
nulla me prudentia liberauit hoc discrimine sꝫ casus tātū
Quid casus? Jmmo et prōptū ingeniū Lucresie. O fidaꝫ
feminā: o amatricē sapientē: o īsignē et nobilissimū amorē
Cur me tibi nō credā? Cur tuā nō sequar fidē? Mille mihi
si nō assit ceruices oēs tibi ꝯmittā: tu fidelis es: tu cauta: tu
prudēs: scis amare et amantē tueri. Quis tā cito excogita
re potuisset viā qua me qrentes auerteret: vt tuipsa cogi-
tasti? Tu mihi hāc vitā seruasti: eandē tibi de ioueo. Non
meū est sꝫ tuū qd spiro: nō erit mihi durū perdere ꝑpter te:
qd per te teneo. Tu vite mee ius habes tu necis īperiū. O
candidū pectus: o dulcē linguā: o suaues oculos: o ingeniū
velox: o mēbra marmorea succiqꝫ plēa: qñ ego vos reuisā?
quando iterum corallina labia mordebo? quando tremulā
linguam ori meo immurmurantem denuo sentiam? Pa-
pillasne vnꝙ illas retractabo? Parum est ait Achates qd
ī hac femina vidisti quo proprior est femina; eo formosior
est. Non Candali regis Lidia formosa vxor: formosior
fuit ꝙ ista est. Non miror illum voluisse nudam socio suo
demonstrari. Vt plenius sumeret gaudium. Ego quoqꝫ
itidemqꝫ facerem si facultas esset. Lucresiam tibi nudam
ostenderem aliter auteꝫ nec tibi effari quanta sit eius pul
critudo possem: Nec tu ꝙ solidum ꝙ plenum fuerit meuꝫ
gaudium potes considerare. Sed congaude mecum quia
maior fuit mea voluptas et letitia ꝙ verbis exponi queā.

Sic Eurialus cum achate nec paucōra secuꝫ Lucresia di-
cebat. Eius tamen tanto minor letitia fuit: quo taciturni-
or aliis fidem non habuit vt rem posset referre. Sosie pre
verecundia totum nō audebat narrare.

[P]acorus ītera pannonius eques: domo nobilis qui ce-
sarem sequebatur ardere Lucresiam cepit. Et quia
formosus erat redamari putabat solamqꝫ femine pudici-
tiaꝫ obstare sibi rebatur. Illa sicut mos est nostris domina
bus omnes vultu blādo intuebatur. ars est siue deceptio
potius: ne verus amor palā fiat. Insanit Pacorus nec con
solari potest: nisi Lucresie mentem persentiat. Solēt ma
trone senenses ad primum lapidem sacellum diue Marie
quod in bethleem nuncupatur sepius visitare. Huc Lucre
sia duabus comitata virginibus et anu quadā proficisce-
batur. Sequitur pacorus violaꝫ in manu gestans deaura
tis foliis: in cui⁹ collo epistolā amatoriā subtilib⁹ inscrip-
tam mēbranis abscōderat: nec mirere. Tradit eniꝫ Cicero
yliadē omnē ita subtiliter scriptā sibi ostēsā fuisse: vt testa
nucis clauderetur. Offert violā Lucresie seqꝫ cōmendat
Pacorus. Respuit donū Lucresia. Instat Pacor⁹ magnis
precib⁹: Tū anus Recipe inquit hera donatū florē. Quid
times vbi nullū est periculū? parua res est qua potes hūc
militē placare. Secuta est Lucresia anilem suasionē vio
lāqꝫ recepit. Parūper vltra progressa: violā alteri ex virgi
nibus dedit. Nec diu post obuiā facti sūt duo studentes: qui
virgūculā vt sibi florē traderet nō magno negocio induxe
rūt. Apertoqꝫ viole stipite: carmē amatoriū inuenerūt. So
lebat hoc hominū genus pergratum esse matronis nostris
Sꝫ postq̄ cesaris curia senas venit: irrideri: despici: et odio
haberi cepit. Quia plus armorū strepitus q̄ litterarū le-
por nostras feminas oblectabat. Hinc grandis liuor et si-
multas ingens erat: querebantqꝫ toge vias ōnes quib⁹ pos
sent noscere sagis. Vt ergo viole dolus patuit: ad Menela
um mox itur: epistolāqꝫ vt legat rogat. Ille mest⁹ domuꝫ

pergit: vxorē increpat: domūqꝫ clamorib⁹ implet: negat se reā vxor: remqꝫ gestā exponit et anus adducit testimoniū Itur ad cesarem: fit querela: vocatur Pacorus. Is crimē fatetur: petensqꝫ veniā nunꝙ se post hac Lucresiā vexatu rum iureiurando confirmat. Sciens tamē iouē non irasci sed arridere periuriis amantū: sterilē flammā vt magis ꝓ hibitus erat eo diligētius sequebatur. Venit hiems exclu sisqꝫ venis notis solā boreā admittebat. Cadūt ex celo ni- ues: soluitur in ludū ciuitas: iactant matrone in vicos: iu- uenes in fenestras niuē: hinc uactus et occasionē Pacor⁹ epistolā alterā cera includit: cerāqꝫ niue tegit et cingit: fa- ctaqꝫ pila in fenestrā Lucresie iacit. Quis nō omnia regi fortuna dicat? Quis nō fauorabilē eius cupit flatū? Fati enim plus valet hora benigni: ꝙ si te veneris cōmēdet epi stola marti. Dicūt quidā nil esse quod in sapiēte queat for tuna. Hoc ergo his sapientib⁹ cōcedo: qui sola virtute gau dent: qui et pauperes et egroti et in equo phaleris clausi: vitā se credunt possidere beataꝫ: qualē adhuc nullū vel vi- di vl' fuisse putarim. Cōmunis hominū vita fauoris fortu na indiget. Hec quos vult eleuat: et quos vult deprimit. Quis pacorū perdidit nisi fortuna? Nōne prudētis cōsilii fuit ī nodis viole clausisse tabellas? et nūc beneficio niuis epistolā transmisisse. Dicet aliquis fieri cautius potuisse ꝙ si hoc consiliū iuuisset fortuna et cautus hic et prudētis simus iudicatus fuisset. Sed obstās fatū pilā ex Lucresie manibus lapsā: apud ignē duxit. Vbi solutis calore niuib⁹ liquefactaqꝫ cera tabellas manifestauit. quastum vetule que se calefaciebant: tum Menelaus qui aderat perlege- runt. nouasqꝫ lites excitauerunt: quas Pacorus non excu- satione sed fuga vitauit. Hic rumor venit Eurialo. Nam vir dum gressus et actus Pacori speculatur: insidiis Eu- riali locum facit. Verumqꝫ est quod dici solet, Non facile custodiri quod a pluribus impugnatur. Expectabant amā tes post primum concubitum secundas nuptias. Viculus

iter edes Lucretie atq3 vicini parcius erat: per quē pedib⁹ in vtrunq3 pariete3 porrectis in fenestram Lucretie haud difficilis prebebatur ascēsus: sed huc ascendere solū noctu licebat Menelao petendum rus erat: ibiq3 pernoctandum: qui dies ab amantibus tanq3 saturualiorū expectabatur. Fit recessus. Mutatis Eurialus vestibus: in vinculu3 se recepit: stabulum illic Menelaus habebat: quod Eurialus ducente Sosia ingressus est: Ibi nocte manens sub feno latebat. Tū ecce dromo qui erat Menelai secundus famu lus equis ppositus: impleturus presepia: fenū ex Euriali latere suscipit: eratq3 amplius suscepturus: ac Eurialum furca pcussurus: nisi Sosias obuiasset. Qui vt discrimen agnouit. da michi hanc operam inquit frater bone: ego pa bulū equis prebebo. Tu interea loci vide: an nobis cena sit instructa. Gaudendū est dū herus abest. Melius est nobis cum domina q̄ cum illo: hec iocunda est et perliberalis: ille iracūdus/clamorosus/auarus/difficilis. Nūq̄ nobis bene est dū ille adest. Vides vt ventres nostros iniquo castigat modio: qui semper esurit vt nos fame cruciet: Nec sinit muscida frusta cerulei panis consumi: sed hesterna minu ta seruat in mensem. Vniusq3 cene silueos: et anguillas salsas in alteram differt: et numerata fila lectilis porri ne quid tangamus signata recludit. Miser q̄ per hec tormēta querit diuitias. Nam stultius nil q̄ viuere pauperē vt lo cuplex moriaris. Quanto melius nobis cum hera: que nō cōtēta vitulis nos pascere et teneris hedis: gallinas quoq3 trudosq3 ministrat: et vini copiam melioris. I dromo cura vt q̄ vncta coquina sit. Istud inquit dromo cure habebo: et mensam potius q̄ equos fricabo. Herum ego hodie in rus deduxi: q̄ sibi male succedat. Nūq̄ mihi verbū dixit: nisi vesperi cū me remisit et equos: renūciariq3 domine iussit non se rediturum hac nocte. Ah laudo te Sosia: qui tandē odire cepisti domini mores. Ego iam mutasse3 dominum: nisi me domina matutinis retinuisset offellis. Nihil dor-

miendum est hac nocte. Bibamus vo2emus donec veniat dies. Non tantum per mensem lucrabitur herus: quantū nos vna cena cōsumemus. Audiebat hec Eurialus libēs: tametsi mores seruo2um notabat: et idem sibi fieri nō du bitaret. Et cum d2omo abisset. Assurgens Eurialus. O ꝙ īquit beatā noctē Sosia tuo bn̄ficio sū hi̅turus: q̇ me huc duxti; et ne patefierem p2obe curasti. Uir bonus es: merito qꝫ te amo: nec tibi non gratus inueniar. Aderat ho2a p2e/scripta: letus Eurialus ꝙuis duobus perfunctus discrimi nibus murum ascendit: ad apertam fenestram subintrat. Lucresiam iuxta foculum sedentem peractisqꝫ obsequiis expectanteꝫ reperit. Illa vt amantem cognouit assurgēs: medium complexa est. Fiunt blanditie; dant oscula: itur in venerem tensis velis: fessamqꝫ nauigio citbereā nunc ceres reficit: nunc bachus.

Heu ꝙ breues voluptates sunt: ꝙ lōge solicitudines. Uix ho2am Eurialus letam habuerat: Tum ecce Sosiam qui reditum Menelai nunciat: gaudiumqꝫ per/turbat: Timens Eurialus fugere studet. Lucresia mēsis absconditis obuiam viro pergit: reuersumqꝫ salutat. Et o my vir inquit ꝙ bene redisti. Nam ego iam te villicum in uiscatum rebar. Quid tu tamen rure tam diu? Caue ne quid olfaciam. cur non domi manes? Quid me tua contri stari absentia studes? Semper dum abest timeo tibi: Tū ne quā ardeas fo2mido: vt suut infidi vxo2ibus suis viri. Quo metu si me vis soluere: nūꝙ fo2is do2mias. Nec enī sine te nox est mihi vlla iocūda: sed cena hic iaꝫ post cubitū ibimus. Erant tamen in aula vbi p2andere familia solet. Ibiqꝫ virū detinere Lucresia nitebatur / donec Eurialus abeūdi spaciū suscipisset cui necessaria est mo2ula quedā. Menelaus aūt fo2is cenatus erat: seqꝫ ī thalamū recipere festiabat. Tū? Lucresia parū me amas īquit: Cur n̄ poti9 domi apd̄ me cenasti? ego qꝛ tu aberas nec cōedi hodie nec bibi qcꝙ. venerūt villici ex rosalia nescio q̇d vini po2tātes:

optimum esse ferebant trebeanuꝫ. Ego pre mestitia nihil
gustaui. Nunc quando ades eamus si placet in cellarium
introrsū: gustemusqꝫ vinū: si vt illi dixerūt tā suauissimū
sit. Hisqꝫ dictis lanternam dextra: virum sinistra manu
recipit: et in infimuꝫ penarii descendit: tāqꝫ diu nūc hunc:
nunc illum cadum terebrauit: at cum viro petisauit: donec
Eurialum putauit abiisse. Ac ita denum ad ingratos hy-
meneos cum viro transiuit: Eurialus in tempesta nocte
domū repeciit: Sequenti luce siue qđ sic expediebat caue
re siue suspitio mala fuit: muro fenestram Menelaus ob
struxit. Credo vt sunt conciues nostri in coniecturas acuti
suspitio nunꝙ pleni timuisse. Menelaum loci cōmoditatē
vtqꝫ parum videbat vxori occasionē demere voluisse. Nā
et si nihil conscius erat illi: vexatā tamen feminā multis
dietiꝫ tentatam precibus non ignorabat: et animuꝫ cogno
scebat mulieris instabilē: cuius tot sunt voluntates: quot
in arboribus folia. Sexus enim femineus nouitatis est a-
uidus: raroqꝫ vir vmamat cuius copiā habꝫ. Sequebatur
ergo viam maritorum preuulgatam: quorum oppinio est
infortuniuꝫ bonis excludi fortunis. Erepta est hinc conue
niendi facultas: nec mittendis litteris pmissa libertas est.
Nam et cauponē qui post edes Lucresie vinariā tabernā
conduxerat ex qua solebat Eurialus affari Lucresiam: ac
litteras per harundinem mittere: sicut Menelaus suasit:
ingratus expulit. Restabat solus oculorū ītuitus: nutuqꝫ
tantum se consalutabant amantes. Neqꝫ istac amoris ex
trema linia cōmode perfrui poterant. Erat ingens dolor
vtriqꝫ: cruciatusqꝫ morti similis: quia nec amoris poterant
obliuisci: nec in eo perseuerare. Dum sic anxius Eurialus
quid consilii capiat meditatur: venit in mentem Lucresie
monitū: quod sibi de pandalo scripserat Menelai sobrino:
peritosqꝫ medicos imitatus: quibus mos est in periculosis
egritudinibus āceps adhibere medicamētū: et vltīa potius
experiri: ꝙ morbū sine cura relinquere. Aggredi Pādalū

statuit: remediūq; suscipere qđ antea refutarat. Huic ergo accersito: et ĩ penitiorē domus partez vocato. Sede inquit amice: rem grandē tibi dicturus sum indigētē his quas in te scio sitas: diligētia: fide: et taciturnitate volui hec dudū tibi dixisse: sed non eras mihi adhuc plene cognitus: nunc et te nosco: et q: probate fidei es: amo et obsecro: ꝙ si aliud a te scirem: satis est: quia omnes tui conciues te laudāt: tuz comites mei: quib⁹ cū amicitiā cōflauisti: et qui sis ꝛ quāti pendendus me certū fecere: ex quibus te capere meā beni- uolentiā didici: cui⁹ te iam facio participem. quia non mi- nus illa es dignus: ꝙ ego sū tua Nunc quid velim: quoniā inter amicos res agitur: paucis exponaz. Tu scis mortale genus ꝙ in amorez sit pronū: seu virtutis sit seu vicii late patet ista calamitas: nec cor est si mō carneū est qđ amoris non aliquādo sentiat stimulos. Scis q: nec sapientissimuz Salamonē: nec Sampsonē fortissimū ista passio dimisit īmunē. Incensi preterea pectoris et amoris improbi ea na- tura est: vt si prohibeat magis ardeat. Nulla re magis ista curatur pestis: ꝙ dilecti copia. Fuerūt plures tum viri tuz mulieres: tam nostra ꝙ maiorū nostroꝝ memoria: quibus inhibitio durissime necis fuit occasio. Contra vo plerosq; nouim⁹: que post concubitū et amplexus passim concessos mox furere desinerunt: Nihil consultius est post ꝙ amor ossibus hesit: ꝙ furori cedere. Nam ille qui aduersus tem pestatem nititur: sepe naufragium facit. Et qui obtempe rat procelle superat. Hec ideo dixi: quia te scire meuz amo rem volo: et quid mei causa sis facturus. Tuz quod emoli mentum hinc sit oriturum: nihil tibi tacebo: quia iam mei cordis alteram te reputo partē. Ego Lucresiā diligo neq; hoc mp Pandale mea culpa est factuz: sed regēte fortuna: in cuius manu est totus quē colimus orbis. Mihi nō erāt noti mores vestri: nec huius vrbis consuetudines noram. Putabam ego feminas vestrates ꝙ oculi mōstrant: in cor de sentire: hinc deceptus sum. Credidi namq; amatum

me Lucresie fore: dum me luminibus intuebatur placidis
cepiqȝ cōtra diligere. Nec tam elegantem dominā dignaȝ
putaui: cui vices nō redderentur amoris. Nonduȝ te noui
vel tuū genus: amaui putans amari. Quis enī tam saxeꝰ
est aut ferreus: qui nō amet amatus? Sed postꝙ fraudes
noui meqȝ irritum: ne meus sterilis esset amor nisus sum
omnibus artibus illā īcēdere: vt par pari referretur. Ardē
namqȝ nihilqȝ vrere tum rubor erat tuȝ anxietas animi: q̄
me die noctuqȝ mirū īmodū cruciabat: et eram adeo intror
sus: vt egredi nullo pactu valerem. Factum est igitur vt
me cōtinuante: par sit amor amborū. Illa incensa est: ego
ardeo: ambo perimus: nec remediū protelande vite videmꝰ
vllum: nisi tu scis adiumento. Vir custodit et frater. Nō tā
vellꝰ aureū puigil draco seruabat: nec aditū orci Cerberꝰ.
ꝙ ista diligenter recluditur. Noui ego familiā vestrā: scio
qr nobiles estis inter primores vrbis diuites amati: vtinaȝ
nūꝙ nouisseȝ hanc feminā: Sed quis est qui possit resistē
fatis? Non elegi hanc sed casus dedit amandā. Sic se res:
habet: tectus adhuc amor est. Sed nisi bene regatur: manū
adhuc quod superi auertant malū pariet. Possem ego me
fortassis cōpescere si hinc abirē: quod ꝙꝙ eēt mihi grauis-
simū: facerē tamē vestre familie gratia: si hoc putarem ex
vsu fore. Sed nosco illiꝰ furorē: aut me sequeret: aut manē
cocta manus sibi consciret: quod esset domuiꝰ vestre dedecꝰ
perpetuū: ꝙ igitur te volebā: te vocabā: vestri causa est: vt
obuiemꝰ hiis malis. Nec alia via nisi vt amoris nostri au
rigā te prebeas curesqȝ vt bene dissimulatꝰ ignis fiat oper
tus Ego me tibi cōmēdo: deuoueo: obsequere nostro furori
nedū oppugnat magis incendat. Cura vt simul conuenire
possimꝰ quo facto magis humiliabit ardor: tollerabiliorqȝ
reddetur. Tute scis additus domus: scis quando vir abest:
scis quando me valeas introducere: Frater viri aduerten
dus est: que est ad hasres nimiū pspicax: Lucresiaȝ quoqȝ
tāꝙ locū germani tenet: magnaqȝ cura custodit inuersaqȝ

Lucretie verba:euersas ceruices: gemit⁹ screatus:tussim
risus attente considerat. Hūc eludere sententia est:nec sine
te fieri potest. Adsis ergo et quādo absuturus sit vir:me in-
strue:remanentēq3 fratrem diuerte:ne custos affixus Lu-
crecie sit:neue custodes adhibeat alios. Tibi credet:et quod
dii saxint:hanc tibi prouintiā fortasse committet. Quam
si susceperis et me iuueris:vt spero:īuado res est. Poteris
enim me clam dū ceteri dormient intromittere:et amorem
lenire furentē. Ex hiis quot emergant vtilitates. arbitror
te pro tua prudentia palam cernere. Seruabis nāq3 in pri
mis honorē domus: amorē teges qui non posset abs vestra
infamia manifestari:sobrinā3 tuam in vita tenebis: Me-
nelao vxorē custodies:cui non tam obest vna nox mihi con
cessa nesciis omnib⁹:ꝙ si sciente populo:illā perdiderit me
sequentem. Senatori romano secuta est Ippia ludum ad
pharon formosaq3 menia lagi. Quid si me domi nobilem
atq3 potētem sequi statuat? Quod dedecus vestri generis
que populi risus que nedū vestra sed totius vrbis infamia
Diceret forsan aliquis. Absumenda potius ferro aut exti
guenda veneris est mulier:ꝙ id agat. Sz ve illi que se hu
mano sanguine polluit:et maiori scelere vindicat minus.
Non augenda sunt mala sed minuenda. Nos hoc scimus
ex duobus bonis melius eligendum: aut ex malo et bono
quod sit bonum sed ex malis duobus quod minus obsit.
Omnis via periculi plena est: sed hec quam monstro mi-
nus habet discriminis:per quam nedum sanguini tuo con
sules:sed mihi quoq3 proderis:qui pene insanio dum mei
causa video Lucresiam cruciari:cui potius odio esse vellē
ꝙ te rogare. Sed hic sumus:eo deducta res est: Et nisi tu
is artib⁹:tua cura ingenio atq3 solicitudine nauis regatur
nulla salutis spes maneat. Iuua igitur et illā et me:tuā3
domum abs nota conserua. Nec me putes ingratum:scis
apud Cesarē quanti sim. Quicquid pecierim:īpetratū tibi
efficiā. Et hoc āte omnia tibi polliceor:doq3 fidē. Palatinū

te Comitez futurum:omneqz tuam posteritatē hoc titulo gauisuram. Ego tibi Lucresiam meqz et nostrum amorez et famam nostram et tui generis decus cōmitto:tueqz mā do fidei. Tu arbiter es. Omnia hec in te sita sunt. Vide quid agas et seruare potes ita et perdere.

Subrisit hiis auditis pādalus: factaqz morula:norā hec Euriale dixit. Et vtinam non accidissent:sed eū in locum sicut abs te dictuz est res rediit:vt necesse sit me quod iubes efficere nisi et nostrum genus affici contume-liis:et scandalum ingens cupiā exoriri. Ardet mulier sicut dixti:et impotens sui est:nisi occurro ferro se fodi:et aut ex fenestris se dabit participem:nec vite iam sibi nec honoris est cura. Ipsa mihi suum ardorem patefecit. Restiti:increpaui:lenire flammā studui:nihil profeci: Omnia preter te paruifacit. Nihil nisi te curat. Tu illi semper in mente ses te petit:te desiderat:te solū cogitat. Sepe me vocitans Audi precor Euriale dixit Sic mulier ex amore mutata est vt non eadem videatur. Heu pietas heu dolor. Nulla in vrbe tota vel castior: vel prudentior Lucresia fuit. Mira res:si tantum iuris natura dedit amori in mentes huma-nas:medendum est huic egritudini: Nec alia cura est nisi quam tu monstrasti. Accingam me huic operi teqz dum tē pus erit commouere faciam. Nec ex te gratiaz quero:quia non est officium boni viri:cum hiis nihil promereatur gra tiam poscere:ego vt vitem infamiam nostre eminentez fa milie hoc ago Quod si tibi conducit: non propterea sum premiandus. At enim Eurialus inquit:ego vel sic tibi gra tiam habeo:et creari te comitem vt dictum est faciam. Tu modo dignitatem istam mihi spernas:Non sperno inquit Pandalus:sed ne hinc profecta sit volo. Si ventura est li-bere veiat nihil ego cōdi°tnale facio: si potuissz hoc te nes ciente fieri:mea vt opera apud Lucresiam esset:libentius id egissem. Vale. et tu vale:retulit Eurialus. Postq̄ ani-mū reddidisti:fac:finge:inueni: effice vt simul sim⁹. Lau

dabis inquit pandalus: letusqȝ abiit ꝙ tanti viri gratiam inuenisset: tū ꝙ se comitem fore tam sperabat: cuius dignitatis tanto erat auidior: quanto se minus cupere demōstrabat. Sunt enī homines quidē vt mulieres: qui cū maxime nolle dicunt: tunc maxime volūt: Hic lenocinii mercedem sortitus est. Comitatuȝ: et auream bullam sue nobilitatis posteritas demonstrabit In nobilitate multi sunt gradus mi Mariane. Et sane si cuiuslibet originem queras: sicut mea sentētia fert: aut nullas nobilitates inuenies: aut admodum paucas: que sceleratū non habuerint ortum. Cuȝ enim hos dici nobiles videamus: qui diuiciis habundant. Diuicie vero raro virtutis sunt comites. Quis non videt ortum nobilitatis esse degenerem. Hunc vsure ditauerunt illū spolia: proditiones aliū: Hic veneficiis ditatus est: ille adulationibus. Huic adulteria locum prebent: nonnullis mendatia prosunt. Quidam faciunt ex coniuge questum: quidam ex natis: plerosqȝ homicida iuuant. Rarus est qui iuste diuitias cōgreget. Nemo falcē amplaȝ facit: nisi qui oēs metit herbas: Congregant hoīes diuitias multas: nec vn̄ veniāt sȝ ꝙ mlt̄e veniāt q̄rūt. oībꝰ hic versꝰ placȝ. Vn̄ habeas querit nemo. sed oportet habere. Postq̄ vero plena est archa tamē nobilitas poscitur. que sic quesita nil ē alid q̄ premiū iniquitatis. Maiores mei nobiles habiti sūt sed nolo mihi blādiri: non puto meliores fuisse proauos meos aliis quos sola excusat antiquitas: qȝ nō sunt in memoria eorum vicia. Mea sententia nemo nobilis esse nisi virtutis amator. Non miror aureas vestes: equos: canes: ordineȝ famulorū: lautas mensas: marmoreas edes: villas: predia piscinas: iurisditiones: siluas. Nam et hec omnia stultus assequi potest: quem si quis nobilem dixerit: ipse fiet stultꝰ Pandalus noster lenocinio nobilitatis est.

NOn multis post diebus rure inter Menelai rusticos rixatuȝ est: et occisi nonnulli que plus biberant: opusqȝ fuit ad res componendas: Menelaon proficisci. Tū Lu/

cresia:mi vir inquit grauis es homo debilisqz:equi tui gra
uiter incedunt:quin gradarium aliquem recipe commoda
tum. Cumqz ille percõctaretur vbinam esset aliquis:opti-
mum inquit Pandalus nisi fallor Eurialus habet:et tibi
libens concedit. si me vis petere? Pete inquit Menelaus.
Rogatus Eurialus mox equũ iussit adduci:idqz sui gau-
dii signum recepit: secumqz tacite dixit: Tu meum equuz
ascendes Menelae ego tuam vxorem equitabo. Conuetuz
erat vt noctis ad horam quintam in vico Eurialus esset:
speraretqz bene si cantantem Pandalum:abierat Mene-
laus.iamqz celuz noctis obduxerant tenebre.mulier in cubi
li tempus manebat:Eurialus ante fores erat:signũqz mo
rabatur. Nec tantum audiebat nec screatuz. Jam preterie
rat hora:et vt abirẽt Eurialus:suadebat Achates:delusum
qz dicebat. Durũ erat amanti recedere et nunc vnam nũc
aliam causam manendi querebat. Non canebat Pandal9
quia menelai frater domi manserat: et omnes aditus scru
tabatur:ne quid insidiatuz fieret noctẽqz trahebat insõp-
nem:Cui pandalus. Nunq̃ ne hac nocte cubitum ibim9?
Jam nox medium poli transcendit axem:et me grauis oc
cupat somnus. Miror te cũ iuuenis scis:senis habere na
turam:quibus siccitas somnũ aufert:nũq̃ dormiunt:nisi
paululum prope diem duz currus voluitur septemtriona
lis:cum iam tempus est surgẽdi. Eamus tuz tandẽ dormi
tũ:Quid si hee volunt vigilie? Eamus inquit agamẽnon
si tibi sic videt:antea tamẽ inspitiende sũt fores: an satis
firmate sint ne furib9 pateãt: veniẽsqz ad hostiũ nũc vnã
nunc aliã sera ammouit ꝛ pessulũ addidit. Erat illi ingẽs
ferrũ quod vix duo poterant eleuare:quo nũq̃ hostiũ clau
debatur. Quod postq̃ agamẽnon ãmouere non potuit:iu
ua me inquit Pãdale:admoueam9 ferrũ hoc hostio:tũ dor
mitũ ibim9. Audiebat hos sermones Eurial9: ꝛ actũ est ta
citus ait:si hoc ferramentũ adiungitur. Tum Pandalus
Quid tu paras Agamennon? tanq̃ domus obsidenda sit

firmare hostiū paras. An tuta sumus in ciuitate? libertas hic est et quies omnibus eadē cū hostes procul sunt: quib' cum bella gerimus florentini. Si fures times sat clausū est si hostes: nihil est q̄ i hac domo te possit tueri. Ego hac nocte non subibo onus: quia scapulas doleo et infra sum fractus: nec gestandis oneribus sum ydoneus: aut tu te le ua aut sine. Dach: satis est inquit agamēnon: dormitūq3 cessit Tum Eurialus: manebo hic adhuc hora3 ait. si forte aliquis adaperiat. Tedebat Achate3 more tacitusq3 male-dicebat Eurialo: qui se tam diu retineret insōpnem. Nec diu mansum est: cum per rimulam visa est Lucresia: parū quid luminis secū ferens: Versus quā pergens Eurialus Salue mi anime Lucresia dixit. At illa exterrita fugere primum voluit. Ex inde recogitās: quis tu es vir ait? Eu rialus tuus īquit Eurialus. aperi mea voluptas: iā mediā noctem te hic operior: Agnouit Lucresia vocem: sed quia si mulationem timebat: non prius ausa est aperire: q̄ secreta īter se tm̄ nota pcepit. Post hec magno labore seras remo uit: Sed quia plurima ferramenta fores retinebant: que manus feminea ferre non poterat: ad semipedis dūtaxat amplitudinē hostiū patuit. Nec hoc ait Eurialus obstabit extenuansq3 suum corpus per dextrum latus intro se con iecit: Mulieremq3 mediam amplexatus est: Achatus foris in excubiis māsit. Tum Lucresia sine timore nimio: sine gaudio exanimata inter Euriali deficiēs brachia pallida facta est: et amisso verbo ac oculis clausis per ōnia similis mortue videbatur nisi q̄ adhuc calor pulsusq3 manebant. Exterritus Eurialus subito casu quid ageret nesciebat. Secumq3. Si abeo inquit: mortis sum reus qui femina3 in tanto discrimine deseruerim. S in maneo: interueniat Agamēnon aut alius ex familia: et ego perierim. Heu a mor infelix qui plus fellis q̄ mellis habes. Non ta3 absin-thium est amarum q̄ tu. Quot me iam discriminibus ob iecisti? Quot mortibus meum caput deuouisti? Hoc nunc

testabam vt meis brachiis feminam examinares: Cur me non potius interemisti: Cur me leonibus non obiecisti. Heu quam optabilius erat in huius me potius gremio: quam istam meo sinu defecisse. Dicit amor virum: abiectaque propria cura salutis: cum femina mansit: eleuansque altius mutuum corpus atque deosculatus madidus lachrimis Heu Lucresia inquit: Vbinam gentium es: Vbi aures tue: cur non respondes: cur non audis: Aperi oculos obsecro mi: meque respice Arride mihi vt soles. Tuus hic assum Eurialus: tuus te amplectitur Eurialus: Cur me contrabasias: Mi cor abisti: an dormis: Vbi te queram: Cur si mori volebas: non te monuisti vt occidissem vna. Nisi me audis: en iam latus meum aperiet gladius et ambos habebit exitus vnus. Ach vita mea: suauium meum delicie mee: spes vnica: integra quies: siccine te Lucresia perdo: Attolli te oculos eleua caput: nondum mortua es. Video adhuc cales: adhuc spiras: Cur mihi non loqueris: Sic me recipis: adhec me gaudia vocas: Hanc mihi das noctem: Assurge oro requies mea: respice tuum Eurialum: Assum tuus Eurialus. Ac sic fatus lachrimarum flumen super frontem et mulieris timpona pluit. Quibus tanquam roseis aquis excitata mulier: quasi de graui sompno surrexit: amantemque videns: Heu me inquit Euriale: Vbinam fui: Cur me non potius obire sinisti: Beata iam moriebar in tuis manibus. Vtinam sic excederem antequam tu hac vrbe discederes.

Dum sic inuicem fantur in thalamum pergunt: Vbi talem noctem habuerunt qualem credimus inter duos amantes fuisse postquam nauibus altis raptam Helenam paris abduxit. Tamque dulcis nox ista fuit: vt ambo negarent tam bene inter Martem veneremque fuisse. Tu meus es ganimedes. tu meus hipolitus. diamedesque meus dicebat Lucresia. tu mihi poltrana Eurialus referebat. tu Emilia. tu venus ipsa. et nunc os: nunc genas: nunc oculos commendabat. eleuataque nonnumquam lodice: secreta que non viderat ante hanc contemplabatur et plus dicebat:

inuenio ꝙ putaram· Talem lauantē vidit atheō in fonte dianam. Quid hiis membris formosius? Quid cādidius? Jam redemi pericula. Quid est quod propter te nō debeat sustineri? O pectus decoruꝫ. O papille prenitide. Vos ne tango: Vos ne habeo: Vos ne meas incidistis manus: O teretes artus ore dolens corpus te ne ego possideo? Nunc mori satius est: quando hoc gaudium est recens: ne qua interueniat calamitas. Anime mi teneo te an sōpnio. Vera ne ista voluptas est: an extra mentem positus sic reor? Nō sompnio: certe vera res agitur. O suauia basia. O dulces amplexus. O melliflui morsus. Nemo me felici⁹ viuit nemo beatius. Heu heu ꝙ veloces hore. inuida nox cur fugis. Mane apollo: mane apud inferos diu. Cur equos taꝫ cito in iugum trahis. plus graminis edant. Da michi noctem vt Alcmene dedisti. Cur tu tam repente Titoni tui cubile reliquis aurora. Si tam illi grata esses ꝙ mihi Lucresia: haud taꝫ mane surgere te permitteret. Nunꝙ mihi nox visa est hac breuior: quāuis apud britannos dachosqꝫ fuerim. Sic Eurialus. nec minora dicebat Lucresia. Nec osculum nec verbum irrecompensatuꝫ preteriit. Stringebat hic stringebat illa nec post venerē lapsi tacebant. Sed vt Antheus ex terra validior resurgebat: sic post bellū alacriores isti robustioresqꝫ fiebant. Nocte peracta cuꝫ crines suos ex occeano tolleret aurora. discessū est. Nec post multos dies redendi copia fuit: crescentibus dietim custodiis: sed oīa superauit amor. viamqꝫ tandem cōueniēdi reperit qua se vsi amantes sunt. Interea Cesar q̄ iam Eugenio reconciliatus erat romam petere destinauit. Sentit hoc Lucresia quid enim nō sentit amor. aut quis fallere possit amantem? Sic igitur Lucresia scripsit Eurialo.

SJ posset animus meus irasci tibi: iam succenserem ꝙ abiturū te dissimulasti Sꝫ amat te ꝙ me magis spūs meus. nullaqꝫ potest ex causa aduers⁹ te moueri. Heu mi cor q̄ est qd̄ mihi Cesarē non dixti recessurū? Ille itineri se

parat nec tu hic manebis ſcio: quid obſecro de me fiet? q̄d
agam miſera. Vbi requieſcam? Si me relinquis: nō viuo
biduū. Per ergo has litteras meis lacrimis madidas/ per
q; tuam dexteram et datam fidem. Si de te quicq̄ merui
aut fuit tibi quicq̄ dulce mecū: miſerere infelicis amātis.
Non peto vt maneas/ſeu vt tollas te mecū. Fingam me
veſperi bethleen petere velle vicāq; recipiā anum. Aſſunt
illuc duo tres ve famuli ex tuis me rapiāt. Nichil negocii
eſt volentem eripere. Nec tibi dedecori puta. Nam filius
priami coniugem ſibi raptu parauit. Non iniuriaberis
viro meo. Is enim omnino me perditurus eſt. Nāq; niſi
me abducas: mors illi me aufert. Sed nobis tu eſſe crude
lis meq; morituram relinquere: que te pluris ſemper q̄ me
feci. Ad hec Eurialus in hunc modum reſcripſit. Claui
te vſq; nunc mea Lucreſia: ne te nimium afflictares ante
q̄ tempus eſſet. Scio mores tuos noui quia te nimis cru
cias. Nec ceſar ſic recedit vt non ſit reuerſurus Ex vrbe
poſtq̄ reuenerimus Hac iter eſt nobis in patriā. q̄ ſi Ceſar
aliā viam fecerit me certe ſi vixero reducē videbis. negēt
mihi patriam ſuperi: errabundoq; similē me reddant vlixi
niſi huc reuertar. Reſpira ergo mi anime: ſumeq; vires.
Noli te macerare: quin viue potius leta. Quod dicis de
raptu. Eſſet mihi tamen gratiſſimū tamen iocundiſſimū.
Nec maior mihi voluptas preſtari poſſet q̄ te ſuper mecū
habere ac meo ex arbitrio potiri: ſ; conſulendū eſt magis
honori tuo q̄ mee cupiditati. Exigit nanq; fides tua qua
me complexa es. Tibi vt conſilium fidele prebeā: et quod
in rem ſit tuam: Tu te ſcis prenobilem eſſe: et in clara fa
milia nuptam. Nomen habes tuū pulcritudine mulieris:
nec apud ytalos ſolum tua fama clauditur: ſed et Teuto
nes/et Panonii/et Bohemi: et omnes ſeptētrionis populi
tuū nomen cognoſcunt. q̄ ſi te rapiā: mitto dedecus meū
quod tui cauſa floccifacerem: qua ignominia tuos efficе-
res neceſſarios. Quibus doloribus matrem pungeres.

Quid de te diceretur. Quis rumoꝛ exiret in oꝛbem . Ecce
Lucretiam que brute coniuge castioꝛ Penolqꝫ melioꝛ dice
batur : iam mecum sequitur immemoꝛ parentū et patrie.
Non Lucretia: sed Jppia est vel Jasonē secuta Medea.
Heu me quātus meroꝛ cum de te talia dici sentirem. Amoꝛ
noster clam est nemo te non laudat. Rapina turbaret oīa:
nec vnꝙ̄ tam laudata fuisti: ꝙ̄ tunc vituperaris. Sed mit
tamus famam quicꝙ̄ nos amoꝛe nostro perfrui non vale-
remus. Ego Cesari sermo. Js me virū fecit potētē diuitē.
Nec ab eo recedere possum sine mei status ruina ꝙ si euꝫ
desererem: non quirem te decēter habere Si curiā seqret
nulla quies esset. Omni die castra mouemus. Nuſꝙ̄ Ce-
sari tanta moꝛa fuit: quāta nunc senis. Jdqꝫ belli necessi
tas facit ꝙ si te circunducerem et quasi pullicam feminā
in castris haberem : vide quantū esset mihi et tibi decoꝛis.
Hiis ex rebus obsecro te mi Lucretia mentē vt istā exuas
honoꝛiqꝫ consulas · Nec furoꝛi magis ꝙ̄ tibi blandiaris ;
Alius foꝛtassis amatoꝛ aliter suaderet vltro et te fugere
precaretur vt te ꝙ̄diu posset abuteretur. Nihil futuri pꝛo-
uidus: dū pꝛesēti satisfaceret egritudini. Sed hiis nō esset
amatoꝛ verus qui libidini magis ꝙ̄ fame cōsuleret. Ego
mea Lucretia quod frugi ē moneo. Mane hic te rogo: nec
me dubita rediturum : quicquid apud etruscos agendum
Cesari mihi cōmitti curabo: daboqꝫ operam vt te frui abs
tuo incommodo possuꝫ. Uale. viue. ama. nec meū ꝙ̄ tuus
est ignem putato minoꝛem. Aut me non īmitissimū hinc
ascēdere. Jterū Uale mea suauitas et anime cibus mee.

A Cquieuit his mulier et īpetrata facturā rescripsit.
Paucis post diebus Eurialus cū cesare Romā per
rexit. Nec diu moꝛatus illic febꝛibus est incensus. Jnfelix
penitus. Que cum arderet amoꝛe : febꝛiumqꝫ cepit igni
bus estuare. cuꝫ iam vires amoꝛ extimasset: adiectis moꝛ
bi doloꝛibus parum superat vite ; Tenebaturqꝫ spiritus
medicorū remediis potiusqꝫ manebat. Cesar dietiꝫ ad eū

veniebat z quasi filium solabatur omnesqz curas apollis
adhibere iubebat. Sed nulla est valentior medela ꝙ Lu-
cresie scriptum. Quo viuentem illam et sospitem cogno-
uit que res aliquantis per morbum īminuit. Eurialumqz
fugere in pedes fecit: qui et coronationi Cesaris interfuit
ac ibi militiam suscepit et aureum calcar. Post hac cū Ce-
sar perusiū peteret: is rome mansit nondum ex integro sa-
nꝰ. Ex inde senas venit quāuis adhuc debilis extenuatusqz
faciem: sed intueri potuit non alloqui Luciesiam. Epistole
plures vtriqz misse sunt: Rursusqz de fuga tractatum est.
Triduo illic mansit Eurialus: demū cum sibi aditus om
nes videret ereptos: recessum eius amāti renūtiauit. Nūꝙ
tanta dulcedo in conuersando fuit: quanta in recedēdo me
sticia. Erat in fenestra Lucresia. per vicuz iam Eurialus
equitabat: humedos oculos alter in alterū iecerat. Flebat
vnus flebat alter: ambo doloribus vrgebātur: vt quiuis ex
sedibus cor euelli dolenter sentiebat Si quis in obitu quā
tus sit dolor ignorat. duorū amantū separationē cōsideret
ꝙuis maior hic anxietas inest et cruciatus ingentior dolet
animus in morte: quia corpus relinquit amatū. Corpus ab
sente spiritu nec dolet nec sentit. At cum duo adinuicē con
glutinati sūt animi: tāto peosior est separatio: quāto sensi
bilior est vterqz dilectus. Et hic sane nō erāt spūs duo sed
queādmodū putat Aristophones: vniꝰ aīe duo corpa facta
erāt. Itaqz non recedebat aīmꝰ ab animo: sed vnicus amor
scindebat in duos: tum cor in partes diuidebat: mētis pars
ibat et pars remanebat: z oēs inuicē sensꝰ disgregabāt. Et
a seipsis discedere flebāt. Nō māsit in amātiū faciebꝰ sā
guis gutta: nisi lacrime fuissēt z gemitꝰ. simillimi mortuis
videbāt Quis scribere: q̇s referre: q̇s cogitare possz: illarū
mētiū molestias: nisi q̇ aliqn̄ insanit. Laudomia recedēte
Prothesilao z ad sacras plu pugnas: eūte exāguis cecidit.
Eadē postꝙ viri mortē agnouit: viuere āpliꝰ mīme potuit.
dido phemissa pꝰ fatalē enee recessū seipā īemit. nec pchia

post bruti necē voluit superesse. Hec nostra postq̄ Eurialꝰ
ex visu recessit: in terrā collapsa per familias recepta est:
cubiliqꝫ data donec resumeret spiritū. vt vero ad se redijt
vestes aureas purpureasqꝫ et omnē letitie ornatū reclusit:
pullisqꝫ tunicis vsa nūq̄ post hac cantare audita est: nunq̄
visa ridē: nullis facetiis nullo gaudio: nullisqꝫ vnq̄ iocis
in letitiā potuit reuocari. Quo in statu dū aliq̄diu perseue
raret: egritudinē incidit et q: cor suū aberꝫ: nullaqꝫ mēti
cōsolatio dari poteret inter multū plorātis brachia matris
ac collacrimātis: et frustra cōsolatoriis verbis vtētis indi
gnanteꝫ animā exalauit. Eurialus postq̄ ex oculis nūq̄ se
āplius visuris abiit: nulli iter eundē locutus: solā in mēte
Lucresiā gerebat: et an vnq̄ reuerti posset meditabat̄. Ve
nitqꝫ tandē ad Cesarē perusii manentē: quē deīde fararia:
mantuā: tridentū: constātia. ⁊ basileā secutus est. Ad demū
in hōgariā atqꝫ boheīaꝫ: Sed vt ipse cesarem: Sic eū Lu
cresia sequebatur in somnis: nullāqꝫ noctem sibi quietaꝫ
pmittebat. Quā vt obiisse verꝰ amator cognouit: magno
dolore pmotꝰ lugubrē vestē recepit: nec ꝯsolationē admisit
nisi postq̄ Cesar ex ducali sāguine ꝟginē sibi tū formoseꝫ
tum castissimā atqꝫ prudentē matrimonio iunxit. Habes
amoris exitū Mariane mi amātissime nō ficti neqꝫ felicis
Quem si legerint: periculum ex aliis faciant quod sibi ex
vsu sciet. Nec amatoriū bibere poculū studeant qđ longe
plus aloes habꝫ q̄ mellis. Vale. Ex viennia quīto nonas
Julias. Millesīo quadrīgentesimo quadragesīo quarto.

Explicit opusculū Enee Siluii de duobus amantibus Impressū parisius per Anthonium cayllaut.









